Klassische Philologie

De Sancti Eustathii episcopi Antiocheni dicendi ratione

Accedit index vocabulorum libri contra
Origenem scripti omnium

Dissertatio inauguralis

quam
consensu et auctoritate amplissimi
Philosophorum Physicorumque
in alma litterarum Universitate
Wilhelmia Westfala Monasteriensi Ordinis
ad summos in philosophia honores rite capessendos
scripsit

Wilhelmine Brockmeier
Embricensis



Typis Roberti Noske Bornensis
MCMXXXII

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum commentationem
typis expressam esse testatur
Carolus Muenscher, ordinis philosophorum illo anno decanus.

Ad ordinem philosophorum de comprobanda commentatione rettulit
Hermannus Schoene, p. p. o.

Examen rigorosum habitum est Kal. Mart. MCMXXIX.

Hermanno Schoene

Index

Libris et commentationibus his potissimum usa sum

Bardenh.: O. Bardenhewer, Geschichte der altchristlichen Literatur. Freiburg i. Br. I: 1913[2], II: 1914[2], III: 1923[3].

Baumgart: H. Baumgart, Aelius Aristides als Repräsentant der sophistischen Rhetorik des 2. Jahrhunderts der Kaiserzeit. Leipzig 1874.

Beitr. z. gr. Spr. II, 1 u. 2: Ph. Weber, Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze. Würzburg 1884; Beiträge zur historischen Syntax der griech. Sprache II, 1. u. 2.

Bekker, Anecd.: I. Bekker, Anecdota Graeca. Berolini 1814—1821.

Borst: J. Borst, Beiträge zur sprachlich-stilistischen u. rhetorischen Würdigung des Origenes. Diss. Freising 1913.

Brinkmann: Rhein. Mus. 74. 1925, p. 308—313: Verbesserungsvorschläge zu Eustathios v. Antiochia über die Hexe v. Endor.

Cavallera: F. Cavallera, S. Eustathii Episcopi Antiocheni in Lazarum, Mariam et Martham Homilia Christologica. Parisiis 1905.

Croenert: G. Croenert, Memoria Graeca Herculanensis. Lipsiae 1903.

Debrunner: Friedrich Blass' Grammatik des Neutestamentlichen Griechisch, bearbeitet von A. Debrunner. Göttingen 1921[5].

Harpocr.: Harpocration et Moeris ed. I. Bekker. Berolini 1833.

Heiler: C. L. Heiler, De Tatiani Apologetae dicendi genere. Diss. Marpurgi 1909.

Helbing: R. Helbing, Grammatik der Septuaginta. Göttingen 1907.

Jahn: Texte u. Untersuchungen zur Geschichte der altchristl. Literatur II, 4. Leipzig 1886.

Jahrb. f. klass. Philol. Suppl. 20: G. Schmidt, **De Flavii Josephi elocutione** observationes criticae. Leipzig 1894.

K.-Bl.: R. Kühner-F. Blass, Ausführliche Grammatik der griech. Sprache. I: Formenlehre. Hannover 1890—1892[3].

K.-G.: R. Kühner-B. Gerth, Ausführliche Grammatik der griech. Sprache. II: Satzlehre. Hannover u. Leipzig 1898—1904[3].

Kaelker: F. Kaelker, Quaestiones de elocutione Polybiana. Leipziger Studien III p. 219—302.

Klosterm.: E. Klostermann, Origenes, Eustathius von Antiochien und Gregor von Nyssa über die Hexe von Endor. Bonn 1912. Kleine Texte für Vorlesungen und Übungen. Herausgegeben von H. Lietzmann. Heft 83.

Krebs: F. Krebs, Die Praepositionen bei Polybius. Würzburg 1882.

Krebs, Praep. adv.: F. Krebs, Die Präpositionsadverbien in der späteren historischen Graecität. München 1884.

Kreling: M. A. Kreling, De usu poeticorum et dialecticorum vocabulorum apud scriptores Graecos seriores. Traiecti ad Rh. 1886.

Kretschmer: Sitzungsberichte der kaiserl. Akademie der Wissenschaften, Phil.-hist. Klasse, 43. 1900; X. Abhdlg.: Die Entstehung der Koine.

Krueger: K. W. Krueger, Griech. Sprachlehre. Leipzig 1875[5].
Li.-Sc.: H. G. Liddel-R. Scott, A. Greek-English Lexicon. A New Edition by H. St. Jones. Oxford 1925—1932. α—οί.
Mays.: E. Mayser, Grammatik der griech. Papyri aus der Ptolemäerzeit. I: Laut- u. Formenlehre, Leipzig 1906. II, 1: Satzlehre, Berlin u. Leipzig 1926.
Mhs.: K. Meisterhans-E. Schwyzer, Grammatik der attischen Inschriften. Berlin 1900[3].
Méridier, L. Méridier, L'influence de la Seconde Sophistique sur l'oeuvre de Grégoire de Nysse. Rennes 1906.
Moer.: Harpocration et Moeris ed. I. Bekker. Berolini 1833.
Neukamm: V. Neukamm, De Luciano Asini Auctore. Diss. Lipsiae 1914.
Norden: E. Norden, Die antike Kunstprosa. I: 1915[3]. II: 1923[4].
PG: Migne, Patrologia Graeca.
PL: Migne, Patrologia Latina.
Pass.: F. Passow, Handwörterbuch der griech. Sprache. Leipzig 1841[5].
Phot.: S. A. Naber, Photii Patriarchae Lexicon. Leidae 1864.
Preusch.-B.: W. Bauer, Griechisch-Deutsches Wörterbuch zu den Schriften des Neuen Testamentes u. der übrigen urchristlichen Literatur. Gießen 1928[2].
Preisigke: F. Preisigke-E. Kießling, Wörterbuch der griech. Papyrusurkunden. Berlin 1925—1927.
Phryn.: Chr. Aug. Lobeck, Phrynichi Eclogae nominum et verborum Atticorum. Lipsiae 1820.
Raderm.: L. Radermacher, Neutestamentliche Grammatik. Tübingen 1925[2].
Rehd.: C. Rehdantz, Demosthenes Neun Philippische Reden, 2. Heft; II. Abt. Indices. Leipzig 1874[3].
Reinh.: H. Reinhold, De Graecitate Patrum Apostolorum Librorumque Apocryphorum Novi Testamenti quaestiones grammaticae. Dissert. Halenses XIV p. 1—113.
Rohde: E. Rohde, Der griech. Roman u. seine Vorläufer. Leipzig 1900[2].
Rohde, Kl. Schr.: E. Rohde, Die asianische Rhetorik u. die zweite Sophistik; Kl. Schriften II p. 75—97. Leipzig 1901.
S. I, II, III, IV: W. Schmidt, Der Atticismus in seinen Hauptvertretern. Stuttgart 1887—1896. vol. I—IV.
Sophocles: E. A. Sophocles, Greek Lexicon of the Roman and Byzantine Periods. Boston 1870.
Thom. Mag.: Fr. Ritschl, Thomae Magistri Ecloga Vocum Atticarum. Halis 1832.
Thumb: A. Thumb, Die griech. Sprache im Zeitalter des Hellenismus. Straßburg 1901.
Trunk: J. Trunk, De Basilio Magno sermonis Attici imitatore. Stuttgart 1911.
Usener: H. Usener, Der heil. Theodosius. Leipzig 1890.
Veitch: W. Veitch, Greek Verbs, Irregular and Defective. Oxford 1879.
Wackernagel: J. Wackernagel, Hellenistica. Gottingae 1908.
Wi.-Schm.: G. B. Winer's Grammatik des Neutestamentlichen Sprachidioms, neubearbeitet v. W. Schmiedel. I: Einleitung u. Formenlehre. Göttingen 1894.

Ceteros quibus usa sum libros suo quemque loco adnotabo.

Praefatio.

Scriptorum Novi Testamenti nonnullos sermone usos erudito atque exculto, sed plerosque vulgari fere et inculta lingua locutos esse res est notissima. Eandem dicendi consuetudinem apud apocryphorum qu. d. auctores, patres apostolicos, plurimos alterius et tertii p. Chr. n. saeculi scriptores ecclesiasticos observare licet[1]). Neque id mirum. Homines enim indocti et litterarum expertes religionem Christianam primi acceperunt, et si quis erat eruditior, non tam orationi eleganter expoliendae quam legi Christi ac doctrinae apertissime explanandae studuit[2]).

Quae res mutata est, postquam doctrina Christiana longe lateque fluxit et eruditiorum hominum animos magis in se convertit. Qui cum vulgarem sermonem reformidarent, scriptores ecclesiastici elegantem atque excultam profanorum scriptorum dicendi consuetudinem magis magisque imitati sunt[3]).

Profani autem illius aetatis auctores omnes fere communem et popularem sermonem aspernati novum sibi et artificiosum dicendi genus finxerunt ad veterum Atticorum orationem ingenti cura atque arte quaesita conformatum[4]). Multi vero orationis splendori ac magnificentiae nimium tribuerunt; vocabulis enim obsoletis atque electis audientium animos movere et verbis numerosis necnon modulatis colorem poeticum orationibus aspergere studuerunt[5]). His Atticistarum ac Sophistarum qu. d. studiis ad orationem excolendam pertinentibus inde ab altero usque ad quartum p. Chr. n. saeculum singuli scriptores ecclesiastici se dederunt, tum autem permulti atque ii magna cura ac

---

[1]) Norden II p. 479 sqq.; Bardenh. I p. 65 et p. 74 sqq.; W. Michaelis, Der Atticismus u. das Neue Testament, Zeitschrift f. Neutestam. Wissensch. 22, 1923, p. 91—121; Reinhold p. 16.

[2]) Norden II p. 534 sqq. et p. 535 adn. 1 et 2.

[3]) Bardenh. I p. 65; Norden II p. 515 sq.; F. Probst, Katechese u. Predigt, Breslau 1884, p. 2 sqq.

[4]) S. I p. 1 sqq.; Norden I p. 149 sqq.; Wilamowitz, Hermes 35, 1900, p. 1 sqq.

[5]) Rohde p. 357 sq.; cf. Rohde, Kl. Schr. II l. c.; Norden I p. 351 sqq. et 422 sqq.; Baumgart p. 47.

diligentia. Eorum nonnulli paganos scriptores eosque celeberrimos arte dicendi adaequaverunt vel etiam superaverunt[1]).

Exstat singularis quidam libellus ineunte saeculo p. Chr. n. quarto compositus, qui, quantopere scriptores ecclesiastici profanorum dicendi consuetudini indulserint, optime demonstrat, librum dico Eustathii Episcopi Antiocheni de Engastrimytho contra Origenem scriptum. Huius commentationis sermonem, ut est mirus atque unicus, diligenter perscrutari operae pretium esse mihi videtur.

Sed priusquam ad rem ipsam accedam, de S. Eustathii vita et scriptis paucis disseram[2]). Natus Sidae in urbe Pamphyliae primum ecclesiae Beroeensi, deinde (ab anno fere 324) Antiochenae praefuit. Validus atque indefessus fidei catholicae erat propugnator, qui in synodo Nicaena praesertim sententias Arianorum acriter impugnavit. In iis vero patribus ecclesiasticis ab Hieronymo numeratur, „qui in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos referserunt libros, ut nescias, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem saeculi an scientiam scripturarum“[3]). Quae in elocutione eius maxime laudata sint, e Sozomeni verbis cognosces his: *Ἀνὴρ τά τε ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ ἐπὶ εὐγλωττίᾳ δικαίως θαυμαζόμενος, . . . ἀρχαιότητι φράσεως καὶ σωφροσύνῃ νοημάτων καὶ ὀνομάτων κάλλει καὶ χάριτι ἀπαγγελίας εὐδοκιμούντων*[4]). Libros autem, quos scripsit, Hieronymus commemorat „volumina de anima, de Engastrimytho adversus Origenem et infinitas epistulas, quas enumerare longum est“[5]).

---

[1]) Norden II p. 547 sqq. et 550 sqq.; Bardenh. I p. 66, III p. 1 sqq.

[2]) De S. Eustathii vita adeas: L. Tillemont, Mémoires pour servir l'histoire ecclésiastique, Venedig 1732, VII 10—15 (1715, VII 35—54); neque omittas: M. Gwatkin, Studies of Arianism, London 1900², p. 77 sqq.; F. Cavallera, Le Schisme d'Antioche, Paris 1905, p. 65 sq.; F. Salaville, Eustathe d'Antioche, Dictionnaire de Théologie catholique, V, Paris 1913, col. 1554—1565; N. P. Kudrjavzey, Eustathius v. Antiocheia, Vjestnik Bogosl., Moskau 1910, I p. 453—465, II p. 62—77 et 426—439, III p. 66—78. De vita ac doctrina Eustathii nuper accurate atque exquisite scripsit: O. Krause, Eustathius v. Antiochia, Breslauer kath. theol. Dissertation. 1921. (Haec commentatio machina scripta est.)

[3]) ep. 70 Script. Eccl. Lat. 54 p. 707; cf. P. L. 22, 667—668.

[4]) Hist. eccl. II 19; cf. P. G. 67, 984 A.

[5]) PL 23, 691. Eustathii opera et genuina et quae eius esse falso feruntur invenias: Gallandi, Bibl. vet. Patr. IV, Venetiis 1768; Migne, PG 18, 613—694; Pitra, Analecta Sacra, II p. XXXVIII sqq.; IV p. 210—213 et 441—443; F. Cavallera, S. Eustathii Episcopi Antiocheni in Lazarum, Mariam et Martham Homilia Christologica, Parisiis 1905; H. Nikanor, Journal des Ministeriums für Volksaufklärung, Nova Series 37, p. 101—103, Petersburg 1912. De Eustathii scriptis diligenter disseruit A. Jahn, Texte u. Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur II 4 p. III—XXIII.

Unus ex iis integer superest liber de Engastrimytho[1]). Quem si legeris facile cognosces deesse Eustathio nativa illa, in qua Joannem Chrysostomum et Gregorium Nazianzenum admiramur, vis oratoris ac facultas et facilis in dicendo ubertas ac copia natura insita. Simplices vero ac nudae sententiae loquaci verborum et ornamentorum ostentatione obruuntur. Virum vero cognosces, qui, quod dicendum est, perspicue et aperte componit, qui autem, etsi neque modo neque elegantia plane caret, tamen ea, quae composuit, quo magis audientibus, hominibus certe eruditis et litteratis[2]) iucunda sint, laborioso artificio atque ingenti animi contentione exornat; qua in re id potissimum agit, ut verborum circuitus vocabulis electis, vocibus sonantibus nec non tritis, flosculisque alicunde decerptis quam maxime amplificet. Hoc modo mirum quoddam ac singulare genus dicendi efficitur idque magna cum cura ac diligentia totum per libellum eodem tenore continuatur.

Eustathii dicendi rationem perquirens non solum dicam de elocutione et de verborum delectu, quae quidem maxime sunt commemoratione digna, sed etiam colligam, quae ex rebus grammaticis memorabilia videntur. Ad singula autem accuratius perscrutanda priusquam accedam, paucis adumbrabo, quid Eustathii orationis maxime proprium sit, qua in re eundem atque in ipsa commentatione ordinem sequor.

Atticistarum exemplum diligenter secutus in sonis, formis, rebus qu. d. syntacticis linguam Atticam imitari studet. Quas vero communis sermonis formas habet, magna ex parte etiam apud eruditos recentioris

---

[1]) Commentarium in Hexaëmeron, quod Leo Allatius primus in lucem protulit atque Episcopo Antiochensi adscripsit, ei non attribuendum esse cum alii tum F. Zoepfl ostendit, qui de hac re nuper accuratissime disputavit; cf. F. Z., Der Kommentar des Pseudo-Eustathius zum Hexaëmeron. Alttestam. Abhandlungen X 5. Münster i. W. 1927.

Neque genuina est Homilia in Lazarum, Mariam et Martham a Cavallera Eustathii nomine edita; cf. L. Saltet, Bulletin de littérature ecclésiastique publié par l'institut catholique de Toulouse 1906, p. 120 sqq. et 212 sqq.; Jülicher, Theol. Lit. Zeitg. 31. 1906, p. 683 sq.; Fr. Diekamp, Theol. Revue 5, 1906, p. 405 sq.

Sermonem Maiorem de Fide, qui Athanasio adscribitur, ab Eustathio compositum esse Eduardus Schwartz demonstrabat; cf. Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften, Philos.-philolog. u. histor. Klasse 1924, Schlußheft, Abhdlg. 6: Der s. g. Sermo maior de fide des Athanasius. Qui sermo an genuinus sit, ratione dicendi investigata clarius apparebit.

Librum de Engastrimytho ediderunt: L. Allatius, Lyon 1629; Migne, PG 18, 613 sqq.; A. Jahn, Des hl. Eustathius Erzbischofs von Antiochien Beurteilung des Origenes betreffend die Auffassung der Wahrsagerin I. Kön. 28 und die bezügliche Homilie des Origenes. T. u. U. II 4, Leipzig 1886; E. Klostermann, Origenes, Eustathius v. Antiochien u. Gregor v. Nyssa über die Hexe von Endor, Bonn 1912. (Lietzmann's Kleine Texte 83.)

[2]) cf. H. Bruders, Zeitschrift f. kath. Theologie 38. 1914, p. 631 sq.

aetatis scriptores vel etiam apud Atticistas eosque diligentiores usitatae sunt[1], nonnullas autem propter euphoniam formis elegantioribus praefert, sive ut vocalium concursum evitet sive ut orationem quibusdam dicendi festivitatibus exornet. Atque hoc potissimum hominem elegantiae Atticae studiosum denotat, quod in sententiis et principalibus et secundariis optativo persaepe utitur.

In vocabulis quoque multa sunt, quae hominem lumina Attica sectantem indicant, contra alia reperiuntur, quae apud scriptores Atticos non occurrunt atque eorum in numero sunt, quae a grammaticis, ut a lingua vere Attica aliena, reiciantur. Sed non pauca exstant obsoleta, poetica, sonantia, quae Sophistarum dicendi rationem in memoriam revocant[2].

Denique, ut elocutionem eius breviter describam, tumidum sermonem saepe modo carentem, quaesita arte sectatur atque artificioso verborum ordine persaepe utitur; variis atque etiam ineptis dicendi festivitatibus splendoris aliquid orationi adspergere studet, hiatum denique diligentissime evitat[3].

---

[1]) cf. Rohde pp. 351, 354, 356.
[2]) cf. Rohde p. 355 sq. et 357 sq.
[3]) cf. Rohde p. 350.

A. De rebus grammaticis.

I. De litterarum commutationibus.

ττ — σσ: Eustathius ubique fere utitur litteris *ττ* artificiose renovatis ab Atticistis[1], scripturam autem Ionicam *σσ* non habet, nisi 33_{9}: *τὸν τῆς γλώσσης ἦχον* et 41_{4}: *διαπτυσσόμενα*[2]. Forma *γλώσσης* ex *γλώττης* fortasse depravata est. Ionicam enim huius verbi formam alibi — 19_{20}. 41_{22} — Eustathius respuit atque etiam tollit, nam in versu 40_{3} NTi verba *καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου* in *καταψύξῃ δὲ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ* mutat[3], quae quin vera auctoris scriptura sit, nemo dubitabit, qui viderit eum et aliis rationibus hoc aliisque locis vulgarem NTi sermonem eleganter invertisse[4]. Verbum deinde *διαπτύσσομαι* etiam apud Atticos duobus locis, quibus codices dissentiunt, exceptis scripturam Ionicam habet[5].

γν — ν: In *γίγνομαι* et *γιγνώσκω* verborum formis adhibendis, si quidem codicibus fidem habemus, modo Atticam linguam imitatur Eustathius, modo utitur recentioris aetatis consuetudine, ut exemplis demonstratur his: 38_{9}: *ἐγίγνετο*; 60_{11}: *γίγνεσθαι*; 26_{32}: *ἐγίνετο*; 51_{18}: *γιγνώσκειν*; 18_{29}: *γινώσκων*; 34_{29}: *ἀναγινώσκει*; 52_{3}: *ἐπεγίνωσκεν*; 17_{7}. 26_{1}: *διαγινώσκηται*[6]. Ex Atticistis Herodes Atticus, Aelianus, Polemon solam communis sermonis scripturam adhibent, Aristides autem et Philostratus eam plane fastidiunt[7].

---

[1]) Thumb p. 78 sqq. S. I 82 sqq. III 18 adn. 22; IV 579; Wackern. p. 12 sqq.

[2]) Numeri referendi sunt ad paginam et versum editionis Erici Klostermann. Quae exstant 43_{3} — *τοιαύτῃ ἐξουσίᾳ ἐπιτάσσειν* —, cum propter hiatum tolerari non possint, in *τοιαύτης ἐξουσίας ἐπίτασις* mutat Aug. Brinkmann, qui *τοιαύτης ἐξουσίας ἐπίτασις* idem valere quod *τοιαύτης ἐξουσίας ὑπερβολή* Clementis Alexandrini verbis confirmat his: (Paed. II 10 p. 106, 3) *πρὸς ἀπαλέξησιν κρυμῶν τε ὑπερβολῆς καὶ καυμάτων ἐπιτάσεως*; cf. Rh. Mus. 74 p. 311.

[3]) Quare verba *τὴν γλῶτταν* signis exornanda non esse puto.

[4]) de hac re vide h. d. p. 78 sq.

[5]) Plat. Legg. 858 E; Aristot. G. A. 720ᵇ 17.

[6]) Mhs. p. 75_{4}. $177_{20.21}$; S. II 29, adn. 51; Mays. I 64; Wi.-Sch. § 5, 11; Debr. § 34, 4; Helb. p. 21.

[7]) S. I 197; II 29; III 18; IV 13. 579.

δ — θ: Eustathium semper *οὐδείς, μηδείς* — 17_{4}. 19_{8}. 25_{28} al. — neque *οὐθείς, μηθείς* sim. scripsisse mirum non est, nam vulgaris sermonis formae per litteram aspiratam scriptae, quae inde ab Aristotelis aetate in litteris non raro inveniuntur, rarescunt Atticistarum auctoritate[1]).

τ — σ: Linguae Atticae propria est forma *τήμερον* — 50_{26} —, cuius loco NT et papyri inscriptionesque a Mayser excussae *σήμερον* habent[2]). Hanc vulgaris sermonis formam etiam Origenes praebet[3]).

σμ — δμ in nonnullis vocabulis variant, ex quibus *ὀσμή — ὀδμή* affero. Illam formam per *σμ* scriptam Phrynichus et Photius grammatici probant, cum alii, in quibus est Antiatticista, *ὀδμή* defendant[4]). Poeticam hanc formam esse Pollux docet[5]). Eustathius autem verbo poetico utitur — 62_{3} — [6]). Contra Aelianus et Philostratus Atticistae formam Atticam habent, quae quidem etiam in NTo atque in LXX libris inveniuntur[7]).

δ — τ: Huc pertinent vocabula *ποδαπός — ποταπός*. Illud *ποδαπός* apud omnes scriptores Atticos Demosthene excepto, apud quem semel vocabuli *ποῖος* loco fungitur[8]), idem valet quod „cuias, ex quo loco", *ποταπός* autem, quod recentioris aetatis proprium est, *ποῖος* significat[9]). Quam vocem *ποῖος* vocabulo *ποταπός* praeferendam esse dicunt grammatici, sed ne Atticistae quidem vocabulum minus elegans repudiant[10]). Apud Eustathium quoque quater legitur: 19_{4}. 33_{10}. 44_{31}. 58_{23}. Afferre licet quae exstant 19_{4}: *ποταπὴ καὶ ὁποία καὶ τίς ἡ κακοδαίμων ἐτύγχανεν αὕτη γραῦς*, qua in interrogatione, quo numerosior fiat oratio, pronomen *ὁποῖος* pro *ποῖος* in sententia principali usurpat Eustathius, id quod apud Atticos nisi in interrogatione repetenda usitatum non est[11]). Praeterea, cum particulam interrogativam

---

[1]) Phryn. p. 181; S. II 137 sqq.; Mays. I 180 sqq.; S. IV 607; Wi.-Schm. § 5_{27}; Debr. § 33; Thumb p. 14.

[2]) Moer. p. 210, 16; Debr. § 34; Mays. I p. 224 adn. 2.

[3]) Borst p. 15.

[4]) Lob. p. 89; Nab. p. 31; Bekk. p. 89.

[5]) II 75; ed. E. Bethe p. 106; cf. S. I 340.

[6]) cf. Croen. p. 136 adn. 3.

[7]) S. III 143, IV 209; Debr. § 34_{5}; cf. Pr.-Bauer s. v.

[8]) or. XXV 782_{40}.

[9]) Debr. § 298_{3}; Preis. s. v.; Jahrb. f. klass. Philol. Suppl. 20 p. 530; Phryn. p. 58.

[10]) Phryn. p. 56 et Lob. ad Phryn. p. 56 adn.*; Thom. Mag. p. 289; S. III 253; IV 371. 684.

[11]) K.-G. II 517 A 1.

vi quadam ac vehementia iterum ac tertium recipit, quantopere indignetur de Origenis sententia vaticinatrice auctore Samuelem ex inferis ascendisse opinantis ostendit.

ξύν — σύν: *ξύν* praepositio Attica, quae iam exeunte quinto saeculo ex inscriptionibus evanescit neque in communi sermone occurrit, artificiose renovatur a nonnullis Atticistis. Aristides autem, ne nimius in cura verborum Atticorum appareat, eam paene prorsus reicit[1]. Apud Eustathium quoque ter solum forma Attica legitur: 41 16 *τὸ ξύμπαν εἰπεῖν* (contra 17 25 *τὸ σύμπαν εἰπεῖν*); 44 24 *ξυνίησιν*; 58 31 *ἀξυνεσία* (contra 43 2 *ἀσυνεσία*).

μικρός — σμικρός: *σμικρός* formam Ionicam, quae apud nonnullos Atticistas Thucydidem et Platonem sequentes invenitur, non habet Eustathius, sed *μικρός* — 43 8 — praefert[2].

ς mobile.

οὕτω — οὕτως: Scriptores Attici *οὕτω* ante consonantes, ante vocales *οὕτως* adhibent. Haec quidem forma nonnunquam etiam ante consonantes, sed illa rarissime ante vocales occurrit[3]. Eustathius vero, ut elegantiores communis sermonis scriptores[4], ante consonantes semper *οὕτω* — 17 15. 21 19. 26 22. 29 5 —, ante vocales — 21 13. 22 13. 23 21. 25 15 al. — *οὕτως* utitur[5]. Atque uno loco, ubi Origenis adversarii verba affert iisque de suo aliquot verba inserit, *οὕτως* ante consonantem in *οὕτω* mutat, quo elegantiorem orationem reddat. Exstat enim apud Origenem[6]: *οὕτως καὶ οἱ προφῆται κτλ.*, Eustathius autem scribit 44 20: „*οὕτω*“ *γὰρ ἔφη* „*καὶ οἱ προφῆται*“ *κτλ.*

ἀντικρύ — ἄντικρυς: *ἀντικρύ* forma poetica de loco utuntur Attici, sed qui diligentiores in scribendo sunt, *καταντικρύ*, *ἀπαντικρύ* praeferunt[7]. Eustathius vero et verbum poeticum *ἀντικρύ* et *καταντικρύ* a grammatico probatum adhibet: 26 30 *ἀντικρὺ* „*Φαραώ*“[8], 50 19 *ᾄ*

---

[1]) Mhs. p. 220; Mays. I 220; Debr. § 34, 4; S. III 16; IV 13 sq. 580.

[2]) O. Hoffmann, Die griech. Dialekte, Göttingen 1898, III 565; S. III 18; IV 13, 579, 580; K.-Bl. I¹ 76.

[3]) K.-Bl. I 296.

[4]) S. II 250; IV 470; Kaelker, Leipz. Stud. III 308 sqq.; cf. Mays. I 242; Wi.-Sch. § 5 28 b; Debr. § 21; Helb. p. 23.

[5]) *οὕτως* ante consonantem, quod legitur 46 22 — *οὕτως δὲ δικαίᾳ* —, in *οὕτω* mutavit Aug. Brinkmann l. c. p. 312.

[6]) Klosterm. p. 12, 25.

[7]) Phryn. p. 443; K.-Bl. I, 298; cf. Thom. Mag. p. 1.

[8]) quo loco, quamquam cetera quae exstant in LXX (Exod. 7, 9) ad verbum fere reddit, *ἐναντίον* vocabulo a LXX viris usurpato poeticum verbum praefert.

καὶ καταντικρύ. Forma *ἄντικρυς*, quae apud recentiores scriptores idem valet atque *ἀντικρύ*, apud Atticistas, qui grammaticorum praecepta sequuntur, significationem verbi *φανερῶς* i. e. plane, prorsus habet[1]. Eadem consuetudine ubique — 25 8. 28 17. 29 24. 35 9. 41 25. 43 12. 58 27 — utitur Eustathius.

ν mobile.

Iam de consonanti quae vocatur paragogica mihi agendum est. Hanc litteram accrescentem et ante vocales et ante consonantes recentiore aetate verborum formis firmius insidere exemplis ab H. Massen ex titulis Atticis collatis demonstratur[2]. In libris quoque LXX et NTi ubique fere retinetur, in papyris saepe abicitur ante vocales, servatur ante consonantes, ex quo elucet certam legem scriptores secutos non esse[3]. Eustathius vero, ubi sequens vocabulum a vocali incipit, litteram *ν* adicit, ubi consonans sequitur, eam non admittit[4], quae ubi in codice Monacensi occurrit, librarii manu haud dubie est exorta[5]. Eustathium autem hanc consonantium concursum fugisse eo confirmatur, quod 33 19, ubi LXX verba affert, pro *καὶ ὁ θεὸς ἀφέστηκεν ἀπ' ἐμοῦ*, quae exstant I. Reg. 28 15, *„ὁ θεὸς ἀφέστηκε" φησὶν „ἀπ' ἐμοῦ"* scribit, ne voce *φησίν* post *ἀφέστηκεν* inserta verba aspere concurrant.

ἕνεκα — ἕνεκεν: His adiciam quae de formis *ἕνεκεν — ἕνεκα* dicenda sunt. Haec apud Atticos usitata est, illa a Ionicis atque communis sermonis scriptoribus usurpatur[6]. Sed qui elegantiae Atticae student, quamquam hiatus evitandi causa non raro scripturam minus elegantem adhibent, eam non nimis amare videntur, cum et ante vocalem saepe formam Atticam habeant[7]. Eustathius vero vulgarem formam plane respuit et collocationem verborum mutans vocalium concursum evitat, ut facile ex exemplis cognoscitur his: antiponitur 16 11 *πῶς ἂν ἔχοιμι γνώμης ἕνεκα τῆς ἐγγαστριμύθου τῆς κτλ.*; 27 28 *πάθος ἕνεκα τίνος ἀξιοῦσι*; sim. 18 31. 30 23. 35 29. 49 13; postponitur 23 20 . . . *ἔγωγε· τίνος ἕνεκα ψυχῆς κτλ.*; sim. 44 2. 50 31. 61 2; inter nomen denique et adiectivum vel genetivum, qui ex nomine pendet, exstat 47 15 *ὅτι τῆς τῶν*

---

[1]) Debr. § 21; Wi.-Sch. § 528 b; Preis. s. v.; Harpocr. p. 23 12 adn.; S. I 106; II 78; III 101.

[2]) Hedde J. J. Massen, De littera *ν* Graecorum paragogica quaestiones epigraphicae. Leipz. Stud. IV p. 1 sqq.

[3]) Debr. § 20; Mays. I 236 sqq.

[4]) Quod facile videbit, qui perlustraverit nonnullas libelli eius paginas, quare exempla afferre non opus est.

[5]) Qua in re sententiam sequor Alberti Jahn, qui nisi in orationis intermissione *ν* mobile ex codice Monacensi in textum non recepit.

[6]) Thumb p. 71 sq.; Debr. § 30 3; Mays. I 14. 241 sq.

[7]) S. I 119. 404; II 104; IV 450.

δεομένων ἕνεκα σωτηρίας ἀνῆεσαν; 40 19 *ὅπως αἰσχροῦ μὲν ἕνεκα κέρδους ἀθετεῖ κτλ.*

De crasi quae vocatur.

Vocalium crasis in LXX, NTo, papyris nisi in vocula *καί* et in articulo non occurrit, apud Atticistas autem etiam praepositio *πρό* in unum sonum cum augmento qu. d. syllabico coalescit [1]. Eiusmodi exempla apud Eustathium exstant haec: 49 29: *προὔγραψεν*; 35 1.26. 36 21. 43 6: *προὔλεγε*; 21 15: *προὔταξεν*; 36 15: *προὔταττεν*; 26 10. 35 29. 38 4. 53 15: *προὐφήτευον* (*εν, σεν*); sim. 36 28. 41 23 [2]. His adicienda sunt *προὔχει* 29 32 et *προὖχον* 17 8. 32 14. 53 8; eiusmodi formae neque in NTo neque in papyris deprehendas [3]. *καί* denique voculae et articuli crasis exempla leguntur haec: 20 10: *τἀνδρός*; 36 31. 39 24. 62 15: *τοὔδαφος*; 33 9: *εἰς τοὐμφανές*; 23 15. 39 14: *ταὐτόν*; 29 18. 45 14. 46 26. 52 15: *ἐν ταὐτῷ*; 54 7. 58 29: *κἄν*; 55 25: *κἀν = καὶ ἐν* [4].

II. De formarum usu.

De substantivo.

Iam exponam, ubi in verborum formis eligendis Atticorum dicendi rationem Eustathius ineat, ubi recentioris aetatis consuetudinem accipiat. Incipiam a contractione qu. d. Ab hoc usu recentiores scriptores non plane, sed frequentissime recedunt. Eustathius autem, ut ii, qui orationis elegantis studiosi sunt, semper Atticos imitatur [5]: 61 21: *νοῦ*; 17 8. 26 19. 31 6. 36 16. 43 2. 48 25. 61 7: *νοῦν* [6].

Iam affero quae de altera vel declinatione Attica dicenda sunt. Cuius exempla *ἀνάπλεως* — 43 11 — adiectivo excepto Eustathius non habet, sed praefert voces *ναός* — 31 14 — et *λαός* — 17 13. 30 20. 25.

---

[1]) Helb. p. 13 sq.; Mays. I 158 sq. et 160; Debr. § 18; S. III 294; IV 472.

[2]) Contra legitur 41 22: *προεφήτευσε*; 52 30. 53 10: *ἐπροφήτευσε*, atque augmento bis posito 26 12: *ἐπροεφήτευον*.

[3]) Debr. § 18; Mays. I p. 160.

[4]) de forma *κἄν*, quae exstat 44 31, vide h. d. p. 33 adn. 2.

[5]) Phryn. p. 217 et 453; Moer. p. 296 et 304; Kretschmer p. 22 sq.; Helb. 34 sq.; Wi.-Sch. § 8 7 et 11; Debr. § 45 et 52; Mays. I p. 257 sq. et 293 sq.; S. III 19; IV 14. 580.

[6]) in adnotatione commemorare licet adiectivum *χρυσοῦς* 48 28, quod verbum ex libro Origenis in Gen. hom. 13 2 (Lo. 8, 242) depromptum an formam contractam etiam apud Origenem habuerit pro certo quidem diiudicari non potest, cum liber, ex quo sumptum est, Latina sola lingua ad nos pervenerit, sed ex eo concludere licet, quod Origenes et aliis locis verbum *χρυσοῦς* adhibens consuetudine Attica utitur. De qua re vide Borst p. 23.

37 23. 24. —, quae in dialecto Ionica atque apud poetas usitatae sunt, vocabulis Atticis νεώς, λεώς, quae grammatici probant[1]). Verba illa ναός, λαός etiam in LXX scriptis, NTo, papyris, apud Plutarchum, Strabonem, Polybium reperiuntur[2]).

Nominum quae in -ευς syllabam desinunt unum accusativi pluralis exemplum invenitur 40 23: τοὺς ἱερεῖς ἀποσφάττει τοῦ κυρίου. Hanc vulgaris sermonis formam, quamquam etiam ab Aeliano Atticista — in libro quidem minus diligenter composito — adhibetur, tamen Eustathio attribuendam non esse censeo[3]). Qua de causa verbis τοὺς ἱερεῖς atque τοῦ κυρίου vocabulo ἀποσφάττει diremptis signa addenda esse puto, quibus LXX virorum verba Eustathium afferre indicetur.

Substantivum υἱός, ut apud Atticos et Atticistas, modo ad secundam modo ad tertiam declinationem est conformatum: 37 30 τῶν υἱέων; 54 2 υἱοῦ[4]). In vulgari sermone secundae declinationis exempla praevalent[5]).

Reliquum est, ut ἦχος commemorem, de quo substantivo Moeris dicit haec: ἠχὴ Ἀττικοί, ἦχος Ἕλληνες[6]). Hoc praeceptum ex usu Platonis fluxisse censet Croenert atque Aristidem aliosque auctores ad hanc rem animum advertisse adnotat[7]). Contra Philostratus, Strabo, alii ἦχος habent, sed neutrum huius verbi genus in Sacris Libris obvium respuunt[8]). Apud Eustathium quoque legis 33 9 τὸν ἦχον.

De adiectivo.

Primum commemoro 37 24 περιδεῆ, 43 29 εὐκλεῆ, pro quibus Attici formis in -εᾶ desinentibus uti solent[9]). Sed Plato semel formam in -εῆ quae exit habet, et ne Atticistae quidem talia repudiant[10]).

Permulta inveniuntur adiectiva, quae apud Atticos duos, apud recentiores scriptores saepe tres exitus habent, velut 16 25 παράλληλος; 24 1. 56 24 πρόδηλος; 32 27 ἀξιόπιστος; 51 28 ἄδηλος al[11]). Eiusmodi adiectiva ab Eustathio ad morem Atticum semper conformata sunt, sed exstant nonnulla, quae contra consuetudinem Atticam feminina clausula

---

[1]) Moer. p. 203 34. 206 4. 207 21.
[2]) Helb. 38 sq.; Debr. § 44 1; Wi.-Sch. § 8 8; Mays. I 258; Croen. 165 adn. 1; cf. Kretschmer 17 sq.
[3]) K.-Bl. I 448 A 31; Wi.-Sch. § 9 4; Debr. § 46 2; S. III 22 sq.
[4]) K.-Bl. I 509; S. IV 584.
[5]) Helb. 49; Debr. § 52.
[6]) p. 198 4.
[7]) p. 176 adn. 2; cf. S. II 198.
[8]) S. IV 302; Croen. p. 176 adn. 2.
[9]) K.-Bl. I 544; cf. Mhs. 150 11.
[10]) Rep. III 386 B ἀδεῆ, v. l. ἀδεᾶ; Croen. 179 adn. 1.
[11]) Thumb. p. 250; Wi.-Sch. § 11 1; Debr. § 59; Mays. 289 sq.

carent: 38 17 *στρατιὰς . . . οὐρανίους*; 50 12 *τὰς ἀνομοίους . . . πολιτείας*; 50 24 *τὰς ἀνομοίους ἐπιστήμας*; 59 11 *παραπλησίῳ . . . προσεμφερείᾳ*[1]). Ex his verbis *ἀνόμοιος* etiam apud Platonem, *οὐράνιος* in Libris Sacris, *παραπλήσιος* denique apud Thucydidem et Polybium femininam formam non habent[2]). Eustathius vero formas femininas repudians exitus similiter desinentes evitat.

Ex comparativi formis eas primum enumero, quas Attici contrahere, recentiores autem scriptores dissolvere solent[3]): 27 19 *ἀμείνους . . . ἦσαν*; 31 5 *καλλίους εἰσίν*; 31 3 *τοὺς . . . πλείους*; 16 27 *τὴν ἀμείνονα . . . γνώμην*; 28 15 *πλείονα καὶ μείζονα . . . δρῶσιν*. Ex his cognoscitur Eustathium partim clausulam contractam, partim dissolutam adhibere[4]).

Sequitur comparativi forma *μεῖον* — 47 21 . . . *μοι δοκεῖ μεῖον ἐκείνης* —, quae in lingua Attica nisi apud poetas tragicos et Xenophontem non legitur, perraro autem in papyris, omnino non in LXX neque in NTo occurrit[5]). Ex Atticistis Philostratus et Aelianus eam habent[6]). Eustathius autem hoc ut aliis locis poeticam vocem artificiose eligit, qua etiam hiatum fugit, qui, si verbum *ἧττον* pro *μεῖον* posuisset, extitisset.

Ab Atticis aliena est comparativi forma *σχολαιότερον* — 21 7 — a Thoma Magistro improbata[7]). Exstat etiam apud Aristotelem[8]) et Philostratum[9]).

Iam vero de superlativo quae mentione digna sunt commemoro. Haec forma dicendi, quae posteriore aetate rarescit, et, ubi exstat, plerumque elativi vim habet, haud raro invenitur apud Eustathium, sed etiam ab eo elativi vi saepe instruitur[10]). Ac primum quidem enumero formas in *-τατος* exeuntes, quae e vulgari sermone paene prorsus evanescunt[11]): 50 15: *ἀδικώτατος*; 34 20. 57 2: *ἀκρότατος*; 53 5: *ἀνοητότατος*; 18 23: *ἀνοσιώτατος*; 16 8: *διαπρεπέστατος*; 52 18. 62 18: *θειότατος*; 37 12. 45 25: *μονώτατος*; 30 16. 32 28. 43 28. 56 18. 57 19: *ὀρθότατος*; 48 14: *πιστότατος*; 53 17: *σοφώτατος*; 17 5 *τραχύτατος*; 17 3: *ὠκύτατος*[12]). Ex super-

---

[1]) K.-Bl. I 537 et 540; Krueg. § 22 5,2.
[2]) Plat. Phil. 14 B. 12 C; Wi.-Sch. § 11 1; Kälker, Leipz. Stud. III p. 238 sq.
[3]) Moer. p. 189 8; Wi.-Sch. § 9 8.
[4]) cf. S. III 23 sq.; IV 17. 581.
[5]) K.-Bl. I 570 2; cf. S. III 209; Mays. II 1 p. 46; Helb. 59; Debr. § 61.
[6]) S. III 209; IV 24 et 315.
[7]) p. 343.
[8]) mund. 6 p. 399 a[4].
[9]) S. IV 25. Exemplum quod apud Xenophontem — Anab. I 5 9 — invenitur, nec Dindorf nec Merchant in textum receperunt; cf. K.-Bl. I 569 2.
[10]) Debr. § 60; Raderm. p. 67 sq.
[11]) Debr. § 60; Raderm. p. 67 sq.
[12]) de verbo *ὠκύς* vide p. 54.

lativi qui in *-ιστος* terminatur exemplis ea sola eligam, quae in vulgari sermone desunt: 17_{13}. 51_{25}. 62_{15}: *ἄριστος*; 17_{16}. 18_{22}. 39_{8}: *ἔχθιστος*; 16_{10}. 45_{33}. 50_{30}: *ἥκιστος*; 42_{24}: *ῥᾷστος*; 17_{16}. 18_{6}: *χείριστος*[1]).

De adverbio.

Haud pauca leguntur adverbia a participiis derivata, qualia posteriores scriptores plura habent quam Attici[2]): 49_{14}: *ἀπεικότως*; 50_{33}: *ἀποχρώντως*; 32_{22}. 46_{2}: *γεγωνότως*; 20_{28}. 26_{4}. 28_{16}. 31_{16}: *εἰωθότως*; 31_{10}. 36_{8}. 58_{30}: *λεληθότως*; 62_{2}: *πεπλασμένως*; 20_{7}. 60_{2}: *προηγουμένως*; 59_{1}: *συνομολογουμένως*[3]); 34_{33}. 52_{32}: *τετεχνασμένως*. Ex his *ἀπεικότως*, *ἀποχρώντως*, *εἰωθότως*, *πεπλασμένως* etiam apud scriptores Atticos occurrunt, *λεληθότως* apud Platonem et recentiores scriptores invenitur[4]), *προηγουμένως* recentioris aetatis proprium est[5]), *γεγωνότως*, *συνομολογουμένως*, *τετεχνασμένως* nisi apud Eustathium non inveniuntur.

Satis multa adverbia in *-ει*, *-ι*, *-δον*, *-δην* quae exeunt deprehendas: 21_{10}. 23_{4}. 25_{12}. 50_{28}. 59_{32}: *ἀμέλει*; 22_{23}. 46_{2}. 52_{12}: *αὐτολεξεί*; 17_{25}. 22_{22}: *αὐτοψεί*; 23_{9}: *παμμελεί*; 17_{22}: *παμπληθεί*; 18_{7}. 20_{32}. 31_{15}. 37_{2}. 49_{27}: *ἀμελλητί*; 19_{15}. 51_{1}: *ἀναφανδόν*; 17_{6}. 33_{28}: *συσταδόν*; 20_{19}. 35_{3}: *διαρρήδην*; 45_{29}. 46_{21}: *συλλήβδην*, ex quibus, cum in cotidiano sermone usitata non sint, cognoscitur delectari Eustathium vocabulis electis[6]). Verba *ἀμέλει*, *ἀναφανδόν*, *συσταδόν*, *διαρρήδην*, *συλλήβδην* etiam apud Atticos inveniuntur, cetera recentioris aetatis propria sunt.

His addo *ἀναμφίλογον* — 22_{24} — adverbii loco positum, cui, quamquam optimo codice M traditum est, tamen *ἀναμφιλόγως* formam usitatam Jahn[7]) et Klostermann praeferunt. Hoc fortasse non recte fecerunt, nam talia neutrius generis adiectiva pro adverbio adhibita, quae quidem praesertim in vulgari sermone usitata sunt, apud eruditos quoque poste-

---

1) Raderm. p. 68.

2) S. II 54; Debr. § 102 6; Raderm. p. 64.

3) *συνωμολογησαμένως* (sic) falso haud dubie exhibet M, nam adverbia ex participio aoristi derivata non inveniri docet Radermacher (p. 64 med.), formae autem *συνωμολογημένως*, quam Klostermann in textum recepit, praefero *συνομολογουμένως* Alberti Jahn scripturam, quae adverbio *ὁμολογουμένως* a verbo simplici derivato apud Platonem aliosque scriptores obvio satis confirmatur (cf. p. 70_{25} ed. A. Jahn).

4) S. I 301.

5) S. I 372; II 55; IV 620.

6) Praeter verbum *παμπληθεί* (Luc. 23_{18}) in NTo non leguntur.

7) p. 29_{22}.

rioris aetatis scriptores deprehendi multis exemplis allatis, in quibus etiam illud Eustathii est, Radermacher ostendit[1].

εὖ, μάλα, πάνυ adverbia, quae recentiore aetate rarescunt, apud Eustathium non saepe exstant[2]. *εὖ* voculam nisi in tritis locutionibus *εὖ φρονεῖν* 25 16. 30 5. 31 29 et *εὖ οἶδ' ὅτι* 16 14 non habet; bis deinde *μάλα* legis — 18 6. 33 13 — ex quibus *αὐτίκα δὴ μάλα* — 18 6 — etiam apud Platonem et Demosthenem reperitur[3]. *πάνυ* denique semel — 44 31 — occurrit.

Ex more Attico semper fere utitur formis *κατωτέρω, κατωτάτω* sim., pro quibus posteriores scriptores nonnumquam *κατώτερος, κατώτατος* sim. habent[4]. 44 18: *κατωτάτω*; 18 1. 44 28. 62 16: *ἀνωτάτω*; 39 28. 50 9 *περαιτέρω*, verbum poeticum[5]. Deinde 31 13: *ἐξωτάτω* et 41 5. 61 22: *ἐνδοτάτω*, quas voces, quamquam a lingua Attica alienae sunt, ne Atticistae quidem fastidiunt[6]. Quod attinet ad recentioris aetatis formas *ἀνώτατον* — 45 30 *τὸν ἀνώτατον οὐρανον* — et *κατώτατα* — 45 7. 46 31 *εἰς τὰ κατώτατα μέρη τῆς γῆς* —, illa hiatus evitandi causa, hac similibus Librorum Sacrorum verbis — Ps. 63 10 et ep. ad Eph. 4 9 — adductus haud dubie utitur.

His apte adiungitur verbum *μείζω* in *ἀνωτέρω* adverbii modum formatum, quod 29 31 pro *μείζων*, 52 8 pro *μεῖζον* positum est. Haec forma *μείζω* ab A. Jahn[7] et E. Klostermann in dubium vocata satis defenditur exemplis a Croenert congestis[8].

De nominibus numeralibus.

Atticos diligenter secutus Eustathius formam *δυοῖν* a Phrynicho laudatam in genetivo — 55 19. 58 10 — et dativo — 18 10 — adhibet[9], cuius loco apud posteriores scriptores *δύο* ab Atticis non aliena vel *δυσί* et *δυεῖν* recentioris aetatis propriae reperiuntur[10].

Numeralia composita leguntur haec: 25 25 *ὀκτακοσίους ... πρὸς τοῖς πεντήκοντα*; 40 24 „*τριακοσίους*" ... *πρὸς τοῖς* „*πεντήκοντα*"; 49 29 *πέντε που καὶ τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν*. Talia numeralia praeposi-

---

[1] p. 64 et 65 adn. 2; cf. Philolog. 60 p. 492 sqq.; S. I 36 sq.
[2] Debr. § 102 3; Raderm. p. 64.
[3] Rep. I 338 B; Dem. or. XXI 521 19.
[4] K.-Bl. I 578; Bekk. Anecd. I 80 18; Debr. § 62; S. IV 701.
[5] S. II 142.
[6] K.-Bl. I 578; S. I 360; II 218; III 238.
[7] cuius editionis vide p. 38 17 et 63 2.
[8] p. 188; cf. Philolog. 61 p. 161—192; Raderm. p. 64 med. et adn. 4.
[9] p. 210; cf. Thom. Mag. p. 90 15 et 91 6.
[10] Wi.-Sch. § 9 11; Debr. § 63; Raderm. p. 70 sqq.; Mays. I p. 313; S. I 226; II 17 sq.; IV 23. 586 sq.

tione πρός vel ἐπί formata antiquiore aetate apud poetas, recentiore autem etiam in soluta oratione deprehendas. Sed Atticistae talia reiciunt[1]).

De verbo.

a) De augmento.

Augmentum syllabicum η- pro ε- in verbis δύναμαι, βούλομαι, μέλλω Atticis non ignotum posteriore aetate praecipue apud vulgaris sermonis scriptores magis in usu esse coepit[2]). In NTo verbum βούλομαι semper augmento ε- instruitur, δύναμαι modo ε-, modo η- habet[3]). Diligentiores autem linguae Atticae imitatores augmentum η- non scribunt nisi in verbis δύναμαι et βούλομαι[4]). Eustathius vero semper ἐβουλόμην sim. habet — 29_{9}. 32_{6} —, sed in δύναμαι plerisque locis — 19_{7}. 32_{7}. 36_{23}. 27_{19}. 28_{24} (ἐδύναντο 52_{19}) — et in μέλλω ubique — 35_{27}. 39_{2} — η- admittit.

Iam de augmento plusquamperfecti agam, quod nonnunquam ab Atticis, a communis sermonis scriptoribus saepe neglegitur. Apud Aristidem autem octo tantum augmenti neglecti exempla eaque in verbis compositis inveniuntur, plura exstant apud Dionem Chrysostomum, Aelianum, Philostratum[5]). In Eustathii libro tribus locis augmentum servatur: 41_{25}: ἐγεγόνει, 52_{1}. et 8: καθειστήκει, omittitur autem bis in verbis compositis: 46_{9} ἐπιβεβήκει, 51_{29} ἀναδέδεικτο, ter post vocalem: 18_{29}: „ὅσα" πεποιήκει; $51_{27. 28}$: εἰ δὲ μεμαρτύρητο μὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, κέχριστο δέ κτλ.[6]).

Augmentum temporale apud Atticos in praeteritis verborum ab ευ-, αι-, οι- quae incipiunt usitatum, quod apud recentiores scriptores vel etiam apud Atticistas haud raro desideratur, diligentissime retinetur ab Eustathio: 37_{3}: ηὐτρέπιζεν; 23_{24}: ἀπηυθυμένον; 33_{15}: ὑπηνίττετο; 38_{7}: ἐξητήσατο; 47_{23}: ᾐσχύνθη; 49_{13}: διῳδηκώς[7]).

---

[1]) K.-G. I 630; Krueg. § 24_{2} A 8; S. IV 680, unum Philostrati exemplum affert IV 24.

[2]) K.-Bl. I 26; Stahl, Quaest. gramm. ad Thucyd. pert. Lips. 1886 p. 61; Helb. p. 71; Wi.-Sch. § 12; Debr. § 66; Raderm. p. 84; Mays. I p. 330; Croen. p. 202 et adn. 2, 3, 4.

[3]) Debr. § 66_{3}.

[4]) S. IV 590.

[5]) K.-Bl. II 29_{9}; Jahrb. f. kl. Philol. Suppl. 20, p. 438; Helb. p. 70; Wi.-Sch. § 124; Debr. § 66_{2}; S. IV 591.

[6]) cf. Croen. p. 209 adn. 5.

[7]) K.-Bl. II 10 sq.; Moer. p. 198_{1}. Bekk. Anecd. II 804; Helb. p. 75 sq.; Debr. § 67_{1}; Mays. I 335 sq.; S. III 34; IV 29. 591.

b) De reduplicatione.

Eandem curam Eustathius impendit reduplicationi qu. v. Atticae, quae posteriore aetate non raro neglegitur[1]). Mentione digna sunt 59_{4}: *ἐλήλαται*[2]); 48_{23}: *ὀρωρυγμένος*; 49_{11}: *ὀδωδώς*[3]). Verba *ἐλαύνω* atque *ὀρύττω* apud recentiores scriptores syllaba reduplicata nonnunquam carent[4]), verbum *ὄδωδα* ab Antiatticista laudatur, a Photio autem ut poeticum repudiatur[5]).

c) De variis personarum verbi terminationibus.

In lingua Attica quarti quidem a. Chr. n. saeculi et Aeolicas et Doricas aoristi primi activi formas deprehendas[6]). In LXX autem, NTo, papyris usitatae sunt formae Doricae, contra apud Atticistas pluribus locis Aeolicae inveniuntur[7]). Idem in Eustathii libro observavi: 44_{9} *ἀποδείξειεν ὅτι* . . .; 30_{1}: *ἀποδώσειεν ἀναντιρρήτῳ* . . .; 35_{22}: *εὑρήσειεν ἄν*; 42_{9}: *συστήσειεν ἐπιλόγων*; 49_{26}: *συστήσειεν ὅτι*[8]). His locis si formam Doricam posuisset, extitisset hiatus.

Nec minus diligenter Atticistas sequitur in Attico qu. v. futuro adhibendo[9]): 41_{15} *ἀποθανεῖται*; 22_{14}: *βαδιοῦμαι*; 20_{32}. 30_{5}. 61_{6}: *ὁριεῖται*; 30_{6}: *ψηφιεῖται*. Contra recentiores scriptores futurum verborum in *-ίζω* et *-άζω* quae cadunt non raro distrahunt[10]).

Aoristi secundi passivi exempla apud Eustathium leguntur haec: 28_{4} *ἀπαλλαγῆναι*; 62_{16} *ἀπορραγείς*; 36_{1} *ἀποσταλείς*; 18_{16} *ἐκτραπείς*; sim. 17_{16}. 19_{18}. 37_{5}; 20_{18} *ἐσφάλη*; 36_{24} *διαφθαρείς*; 17_{25} *καταπλαγείς*; 49_{6} *κατετρίβη*; 23_{30}. 40_{20}. 43_{2} *πληγείς*; 31_{17} *ῥαγείς*. Non sequitur recentioris aetatis scriptores, qui novas secundi aoristi formas apud Atticos non usitatas haud raro usurpant[11]). Legis enim 53_{12} *διαλεχθείς*[12]); 33_{17} *ἐπιταχθείς*[13]); 37_{25} *καταλειφθείς*[14]); 30_{14} *συνηρπάσθη*[15]); 32_{2} *ὑπεκλίθη*,

---

1) Helb. p. 81 sq.; Mays. I 338; Raderm. p. 87; Croen. p. 206 adn. 4.

2) *ἐλήλεγκται* libri, *ἐλήλαται*, quod A. Jahn coniecit (p. 70 sq.) nonnullisque exemplis (Plut. de Is. et Os. cap. 54; Plotin. IX 6 p. 762 C al.) confirmavit nec tamen in textum recepit, restituendum esse censet Brinkmann (l. c. p. 313).

3) *ἀκήκοα* 20_{11} al., *διεγήγερμαι* 56_{8} etiam in vulgari sermone exstant.

4) Helb. p. 81; Croen. p. 206 adn. 4. M. Arnim, De Philonis Byzantii dicendi genere. diss. Gryphiae 1912.

5) Antiatt. Bekk. Anecd. I p. 110; Phot. II p. 3.

6) K.-Bl. II 73 sq.; cf. S. IV 588.

7) Helb. p. 68; Wi.-Sch. § 13_{19}; Debr. § 85; Mays. I 326; S. IV 588.

8) de formis *ἀποδώσειεν, εὑρήσειεν* vide h. d. p. 16.

9) S. III 36; IV 27. 595.

10) Wi.-Sch. § 13_{5}; Debr. § 74; S. IV 595.

11) Debr. § 76.

12) K.-Bl. II 475; Veitch p. 185.

13) Debr. § 78_{1}; Veitch p. 622; S. III 36; IV 598.

14) K.-Bl. II 476; Veitch p. 417.

15) K.-Bl. II 375; Veitch p. 102; Debr. § 78_{1}.

sim. 33_{29}[1]), pro quibus aoristi secundi formas apud posteriores scriptores nonnunquam invenis. Forma *καθεσθῆναι* — 36_{31} — a Phrynicho improbatur[2]). Eustathius autem hoc vocabulo efficit, ut verba opposita *ἀναστῆναι* et *καθεσθῆναι* similiter desinant eaque re maiore vi opponantur.

E posterioris aetatis consuetudine 50_{23} *λεγέτωσαν* imperativi formam adhibet, qua ne Atticistae quidem Aristide excepto abstinent[3]).

33_{25} *περιέστηκαν* formam vulgaris sermonis propriam pro *περιεστήκασιν* admittit, sed e more Attico 46_{19} *γεγόνασιν* scribit[4]).

E verbis contractis *ἐφόρεσε* — 45_{32} — mentione digna est, quae forma in *-ησε* exire solet. Talia in vulgari sermone usitata ne ab Atticistis quidem aliena sunt[5]).

Hiatus haud dubie evitandi studio adductus Eustathius pro *ἀπέδρα* formam *ἀπέδρασεν* a Moeride[6]) abiectam usurpat — 33_{8} *ἀπέδρασεν ἐξουσίᾳ* ... —, quae etiam apud Dionysium Halicarnasseum, Aelianum, Lucianum, alios reperitur[7]) Contra cum Atticis 35_{19} *ἀναδραμών*, 58_{2} *ἀποδρᾶναι* scribit.

Hiatus fugiendi causa etiam 30_{1} *ἀποδώσειεν*, 35_{22} *εὑρήσειεν* habet[8]).

His apte additur forma *ὑπολάβοιεν* cum pronomine singulari coniuncta — 28_{22} *ἵνα μή τις ὑπολάβοιεν ἄν* —, quo soloecismo vocalium concursum evitat.

Praeterea afferenda est forma *βιώσας*, quae apud Atticos Platone excepto non invenitur[9]), apud Plutarchum autem et Lucianum et alios recentioris aetatis scriptores occurrit[10]). *παραλείψας* quoque — 38_{20} — adnoto, quam formam, etsi ab Atticis aliena est, etiam Atticistae habent[11]). Contra ad legem Atticam conformatae sunt formae 18_{9} *ἐκλιπών*, 21_{23} *προλιπών*, 31_{3} *προλιπεῖν*.

Forma denique pluralis imperfecti activi *ἐξέφεραν* — 28_{12} — com-

---

[1]) Veitch p. 376; Debr. § 76; S. I 85; III 36; IV 3.
[2]) Lob. ad Phryn. p. 269; cf. Veitch p. 345.
[3]) Helb. 69 sq.; Debr. § 84; Mays. I p. 327; S. I 229. II 27. III 32. IV 589.
[4]) Helb. 67 sq.; Debr. § 83; Mays. I p. 323; cf. Burnesch, Rh. Mus. 46 p. 193 sqq.
[5]) Wi.-Sch. § 133; S. IV 602.
[6]) p. 189 13.
[7]) Lob. ad Phryn. p. 757; Veitch p. 186 sq.; Croen. p. 250.
[8]) eadem forma in Eustathii libro qui est de anima (PG 18 p. 688 C) legitur; cf. Veitch p. 191 et 283.
[9]) Phaed. 113 D.
[10]) K.-Bl. II 384; Veitch p. 184; Debr. § 75; S. I 231. II 39.
[11]) K.-Bl. II 476; Debr. § 75; S. IV 38. 601.

memoro[1]), quam nec Jahn — 36 22 — nec Klostermann in textum recepit, Croenert autem Eustathio attribuit[2]).

d) De verbis in *-μι* quae exeunt.

Verba, quae in *-υμι* exeunt, non raro apud Atticos, saepe autem apud recentioris aetatis scriptores *-υω* finem habent[3]). Sed qui elegantis orationis studiosi sunt, ob hiatus rationem formam alternant[4]). Apud Eustathium infinitivus semper in *-υναι* desinit — 21 16. 29 10. 31 18. 33 12. 89 17 —, *-υω* in exemplis legitur his: 48 17 *δεικνύων*; 44 10 *ἀπεδείκνυε*, 41 5 *ὑποδεικνύει*. In medii autem et passivi formis semper *-νυμαι* sim. invenis[5]).

Apud recentioris aetatis scriptores ut apud Atticos et pleniores et breviores formae indicativi perfecti verbi *ἵστημι* usitatae sunt[6]). Apud Eustathium autem breviores tantum formae occurrunt: 38 16 *ἑστάναι*; 52 6 *καθεστάναι*; 37 27 *ἐνεστώσας*; 62 19 *παρεστῶτας*; 37 24 *προεστῶτα*; 47 31 *παρεστᾶσιν*. Similiter in Iosephi libris breviores formae praevalent[7]). Contra omnes papyri praeter unam, quae poeticis luminibus exornata est, ampliores formas exhibent[8]).

Vocabulum *ἱστάω* pro *ἵστημι* apud Platonem quoque obvium neque ab Atticistis alienum in verbis compositis legitur his: 45 19 *ἀποκαθιστῶσα*; 61 29 *παριστᾶν*; 54 2. 62 3 *παριστῶν*; 48 19 *συνιστῶν*[9]), sed *ἱστάνω* vulgaris sermonis proprium et ab Atticistis abiectum non deprehendis[10]).

Duas denique formas verbi *φημί* commemoro, ex quibus scriptorem verborum elegantias sectantem cognoscimus. Legitur enim 23 17 *ἔφησθα* forma Attica, cuius loco recentiores scriptores formam *ἔφης* usurpare solent[11]). Participium deinde *φάμενος* — 34 12. 55 6 — affero, quod apud Atticos linguae poeticae proprium est, recentiore autem aetate etiam in soluta oratione saepius occurrit, sed non legitur in NTo[12]).

---

[1]) cf. Helb. p. 64; Debr. § 82.
[2]) cf. p. 70 ed. Erici Klosterm.
[3]) K.-Bl. I 194 sq.; Moer. p. 206; Debr. § 97; Helb. p. 107 sq.; Mays. I 351 sq.
[4]) S. IV 595 sq.
[5]) cf. Debr. § 92.
[6]) K.-Bl. II p. 187.
[7]) Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. 20 p. 481 sq.
[8]) Mays. I 370 sq.
[9]) Veitch p. 338; S. II 26. IV 31. 605.
[10]) Debr. § 93; S. IV 604.
[11]) Phryn. p. 236; K.-Bl. II 211 A 1. S. I 233. IV 599. Jahrb. f. kl. Philol. p. 484.
[12]) S. III 44; K.-Bl. II 211; Mays. I 413; Preusch.-Bauer s. v.

e) De singulis verbis.

Non exstat forma *αὐξάνω*, sed *αὔξω* omnibus locis — 18 3. 27 27. 28 10 — deprehendis. Hanc formam, quamquam ne in soluta quidem oratione deest, poetici sermonis magis propriam esse docet Schmid[1].

θέλω deinde memorabilis est, quae forma apud posterioris temporis auctores usitata usque ad quarti a. Chr. n. saeculi finem non reperitur in inscriptionibus Atticis[2]. Etiam apud Aristidem et Philostratum rarissima est, saepius legitur in libris Aeliani[3]. Eustathius post consonantem semper *ἐθέλω* habet — 19 13. 29 15. 36 11. 42 24. 54 12 —, ubi vocalis praecedit, uno loco *θέλω* utitur — 33 16 *οὐ θέλων* —, ceteris locis — 16 11. 21 2. 23 14. 30. 31 28. 35 8. 17. 39 17. 48 8. 49 25 — *βούλομαι* praefert.

Non utitur *κράζω* praesentis forma, quam ex Atticis unus Aristophanes (Equit. 287) habet, vulgares autem recentioris aetatis scriptores frequentant, sed *κέκραγα* — 22 31. 23 31. 42 10. 52 13 — mavult, quae forma etiam apud Atticos praesentis locum tenet[4].

Denique affero formam *πιπράμενος* — 28 7 — *μ* consonanti carentem, quae fortasse ad participium verbi *πιπράσκω* — *πεπράμενος* — conformata est.

III. De rebus syntacticis.

De nomine.

a) De numero.

Pluralis modestiae, qui apud Atticos in oratione soluta legitur, posteriore aetate usitatissimus est non solum apud homines litteratos, sed etiam apud eos, qui elegantis sermonis non ita studiosi sunt[5]. Eustathius quoque nonnulla eiusmodi exempla exhibet. Quae si inspexeris, facile videbis plurali numero pro singulari posito vocalium concursum eum evitare in his exemplis: 18 25 ... *ἐροῦμεν· ἐπανιτέον* ...; 25 25 *προσαγάγωμεν ἱστορίαν*; 26 28 *ἡμᾶς ἐπιλείψει λέγοντας· ἄλλην*; 50 6 *ἡμᾶς, αὐταῖς*; 55 21 *φῶμεν, ἀντιδοξοῦσιν*. Sententia, quae 16 20 exstat, digna est quae commemoretur, quod Eustathius eodem in enuntiato singularem et pluralem numerum alternat[6]: *οὐκ ἀνοίκειον ἡγοῦμαι ..., ὡς ἂν μήτε τινὲς οἴοιντο συκοφαντεῖν ἡμᾶς τοὺς ὁπωσδήποτε δοξάσαι προαχθέντας*; sim. 25 23. 26 25. Huc pertinent, quae leguntur 19 6: *εἴ γε*

---

[1] I 112; cf. Debr. 101; Mays. I 465.
[2] Debr. § 101; Mays. I p. 350sq.; Mhs. p. 178 28.
[3] S. II 23.
[4] K.-Bl. II 464 sq.; Debr. § 101.
[5] K.-G. I 83; S. IV 608; cf. Debr. § 280.
[6] cf. K.-G. I 86.

δεῖ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερθεμένους εἰπεῖν, qua in sententia, quamquam de se ipso loquitur, tamen participium plurale subiecti partes agens adhibet.

His adicio verba quibus Eustathii libellus incipit: *Ἀεὶ μὲν ἄγαμαι τὸν ἀξιοφανῆ τῆς ἐνθέου πολιτείας σου ζῆλον,* quod prooemii initium colorem traxisse ex Platonis Prot. 335 D: *ἀεὶ μὲν ἔγωγέ σου τὴν φιλοσοφίαν ἄγαμαι* Jahn[5]) adnotat. Prima autem Eustathii libri sententia simili modo formata est atque initium libri Phrynichi. Apud Eustathium enim legis haec: *Ἀεὶ μὲν ἄγαμαι τὸν ἀξιοφανῆ τῆς ἐνθέου πολιτείας σου ζῆλον, ὦ διαπρεπέστατε τῆς ὀρθοδοξίας ἱεροκῆρυξ Εὐτρόπιε· τὸ δὲ τῆς εὐσεβείας σου γνώρισμα πολλαχῶς ἐκπληττόμενος οὐχ ἥκιστα καὶ περὶ τόδε μάλιστα τεθαύμακα τὸ μέρος κτλ.* Liber autem Phrynichi his verbis instituitur: *Φρύνιχος Κορνηλιανῷ εὖ πράττειν. Τήν τε ἄλλην σου παιδείαν θαυμάζων, ἣν διαφερόντως ὑπὲρ ἅπαντας, ὅσοις ἐγὼ ἐνέτυχον, πεπαίδευσαι, καὶ δὴ καὶ τοῦτο θαυμάσας ἔχω, τὸ περὶ τὴν τῶν καλῶν καὶ δοκίμων ὀνομάτων κρίσιν*[6]).

---

1) cf. Rehdantz, Ind. Dem. p. 192. S. II 35. 184 sq.
2) cf. Rehd. l. c. p. 258.
3) Brinkmann p. 308.
4) p. 57.
5) p. 21 ad vers. 6.
6) p. 1 ed. Lob.

C. De elocutione.

Iam vero quid elocutionis Eustathii maxime proprium sit, diligenter investigabo. Atque iis remotis, quae ad stilum eius adumbrandum minoris momenti mihi videntur esse, primum de sententiarum comprehensionibus agam, deinde de verborum collocatione pauca dicam, tum de orationis exornandae ratione disseram, postremo, quomodo Eustathius hiatum evitaverit, compluribus exemplis allatis ostendam. Quibus expositis nonnullas Sacrorum librorum atque Eustathii sententias iuxta ponam, ex quibus, quomodo Eustathius vulgarem Sacrorum Librorum orationem ad elegans sui ipsius dicendi genus accommodaverit, facile appareat.

I. De ambitu enuntiatorum amplificando.

Ac primum quidem demonstrabo Eustathium ambitum orationis notionibus ac verbis quam maxime amplificare et inani verborum tumore nonnunquam immodice obruere. Eum epitheta ad expeditam dictionis copiam parandam a grammaticis collecta non ignorasse certe suspicaberis, si exempla legeris haec[1]:

21 21 *ὃς ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ἐξορκιζόμενος ἀνθρώπων ἐλαύνεται, πυροῦται, μαστίζεται καὶ φεύγει, τὸ σκήνωμα προλιπών.*

23 10 *καὶ διάφορα καὶ ποικίλα φοροῦντες ἐσθήματα καὶ σημασίας οὐλῶν ἢ τύπων ἢ μωλώπων ἐπιφερόμενοι καὶ πληγῶν ἢ τρώσεων.*

23 22 *οὐ γὰρ ἀμφίκυρτον οὐδὲ κεκυφότα γέροντα ..., ἀλλ' ὄρθιον, ἐντεταμένον, ἀπηυθυμένον εἰς πόλεμον, ἀεὶ νεάζοντα περὶ τὰς τῆς κακίας ἀναδόσεις.*

---

[1]) Telephum grammaticum Pergamenum (Christ-Schmid VII 2² p. 869) eiusmodi epitheta collegisse Suidae testimonio novimus. Enumerat enim cum alios huius grammatici libros tum *Ὠκυτόκιον* quoddam, qui liber, qualis fuerit, verbis indicat his: *ἔστι δὲ συναγωγὴ ἐπιθέτων εἰς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἁρμοζόντων, πρὸς ἕτοιμον εὐπορίαν φράσεως* (p. 1022 sq. ed. I. Bekker; cf. ed. G. Bernhardy p. 1104 sq.).

γνωσιμαχέω 58 1; Moer. p. 193 28: *γνωσιμαχῆσαι Ἀττικοὶ ὡς Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν, μετανοῆσαι Ἕλληνες;* cf. Phryn. (Bekk. Anecd. I p. 33 15): *γν. οἷον τῇ προτέρᾳ γνώμῃ, ἣν ἔσχε, μάχεσθαι.*

δήπουθεν 19 3. 36 29. 44 19. 53 21. 58 34; Moer. p. 195 5: *δήπουθεν Ἀττικοί, δηλονότι Ἕλληνες.* cf. supra p. 42).

εὕρημα 19 13. 24 28. 29 1; Phryn. p. 445 sq.: *εὕρημα χρὴ λέγειν διὰ τοῦ η, οὐχ εὕρεμα.*

οὔτε ὄναρ οὔτε ὕπαρ 33 28; Phryn. p. 421: *κατ' ὄναρ: Πολέμων ὁ Ἰωνικὸς σοφιστὴς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος εἰκόνα … ἀναθεὶς ἐπέγραψεν…: Δημοσθένη Παιανιέα Πολέμων κατ' ὄναρ, ἀδοκιμωτάτῳ τῷ κατ' ὄναρ χρησάμενος κτλ.*

Addo nonnullas locutiones, quae quamquam a grammaticis non laudantur, in elegantiis Atticis certe habendae sunt.

δυοῖν θάτερον 55 19. 58 10, quo flosculo apud oratores Atticos usitatissimo haud raro Aristides utitur[1]).

εὖ οἶδ' ὅτι 16 14, quae verba adverbii vim habent. Talia apud Demosthenem quoque invenis, velut orat. IX 1 p. 110: *καὶ πάντων οἶδ' ὅτι φησάντων*[2]). Adicio hoc Platonis exemplum: Apol. 37 B *ὧν εὖ οἶδα ὅτι κακῶν ὄντων;* cf. Dionys. Hal. A. R. V 10[3]).

οἷός τέ εἰμι (οἷόν τέ ἐστι) 16 25. 17 12. 40 26. 43 24. 49 8. 50 12. 32. 59 8. Hanc locutionem, quae neque in NTo neque in papyris exstat, in LXX autem libris uno loco (IV. Macc. 4, 7) legitur, elegantioris sermonis propriam esse censet Naegeli[4]). Eustathium eam octies habere moneo.

His adicio verba quibus Eustathii libellus incipit: *Ἀεὶ μὲν ἄγαμαι τὸν ἀξιοφανῆ τῆς ἐνθέου πολιτείας σου ζῆλον,* quod prooemii initium colorem traxisse ex Platonis Prot. 335 D: *ἀεὶ μὲν ἔγωγέ σου τὴν φιλοσοφίαν ἄγαμαι* Jahn[5]) adnotat. Prima autem Eustathii libri sententia simili modo formata est atque initium libri Phrynichi. Apud Eustathium enim legis haec: *Ἀεὶ μὲν ἄγαμαι τὸν ἀξιοφανῆ τῆς ἐνθέου πολιτείας σου ζῆλον, ὦ διαπρεπέστατε τῆς ὀρθοδοξίας ἱεροκῆρυξ Εὐτρόπιε· τὸ δὲ τῆς εὐσεβείας σου γνώρισμα πολλαχῶς ἐκπληττόμενος οὐχ ἥκιστα καὶ περὶ τόδε μάλιστα τεθαύμακα τὸ μέρος κτλ.* Liber autem Phrynichi his verbis instituitur: *Φρύνιχος Κορνηλιανῷ εὖ πράττειν. Τήν τε ἄλλην σου παιδείαν θαυμάζων, ἣν διαφερόντως ὑπὲρ ἅπαντας, ὅσοις ἐγὼ ἐνέτυχον, πεπαίδευσαι, καὶ δὴ καὶ τοῦτο θαυμάσας ἔχω, τὸ περὶ τὴν τῶν καλῶν καὶ δοκίμων ὀνομάτων κρίσιν*[6]).

[1]) cf. Rebdantz, Ind. Dem. p. 192. S. II 35. 184 sq.
[2]) cf. Rehd. l. c. p. 258.
[3]) Brinkmann p. 308.
[4]) p. 57.
[5]) p. 21 ad vers. 6.
[6]) p. 1 ed. Lob.

C. De elocutione.

Iam vero quid elocutionis Eustathii maxime proprium sit, diligenter investigabo. Atque iis remotis, quae ad stilum eius adumbrandum minoris momenti mihi videntur esse, primum de sententiarum comprehensionibus agam, deinde de verborum collocatione pauca dicam, tum de orationis exornandae ratione disseram, postremo, quomodo Eustathius hiatum evitaverit, compluribus exemplis allatis ostendam. Quibus expositis nonnullas Sacrorum librorum atque Eustathii sententias iuxta ponam, ex quibus, quomodo Eustathius vulgarem Sacrorum Librorum orationem ad elegans sui ipsius dicendi genus accommodaverit, facile appareat.

I. De ambitu enuntiatorum amplificando.

Ac primum quidem demonstrabo Eustathium ambitum orationis notionibus ac verbis quam maxime amplificare et inani verborum tumore nonnunquam immodice obruere. Eum epitheta ad expeditam dictionis copiam parandam a grammaticis collecta non ignorasse certe suspicaberis, si exempla legeris haec [1]):

21 21 *ὃς ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ἐξορκιζόμενος ἀνθρώπων ἐλαύνεται, πυροῦται, μαστίζεται καὶ φεύγει, τὸ σκήνωμα προλιπών.*

23 10 *καὶ διάφορα καὶ ποικίλα φοροῦντες ἐσθήματα καὶ σημασίας οὐλῶν ἢ τύπων ἢ μωλώπων ἐπιφερόμενοι καὶ πληγῶν ἢ τρώσεων.*

23 22 *οὐ γὰρ ἀμφίκυρτον οὐδὲ κεκυφότα γέροντα . . ., ἀλλ' ὄρθιον, ἐντεταμένον, ἀπηυθυμένον εἰς πόλεμον, ἀεὶ νεάζοντα περὶ τὰς τῆς κακίας ἀναδόσεις.*

---

[1]) Telephum grammaticum Pergamenum (Christ-Schmid VII 2² p. 869) eiusmodi epitheta collegisse Suidae testimonio novimus. Enumerat enim cum alios huius grammatici libros tum *'Ωκυτόκιον* quoddam, qui liber, qualis fuerit, verbis indicat his: *ἔστι δὲ συναγωγὴ ἐπιθέτων εἰς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἁρμοζόντων, πρὸς ἕτοιμον εὐπορίαν φράσεως* (p. 1022 sq. ed. I. Bekker; cf. ed. G. Bernhardy p. 1104 sq.).

31 13 *ἄνθρωπον δὲ καθαρόν, ἄχραντον, ἀκηλίδωτον ἐξωτάτω περικείμενον ἐποπτεύων καὶ ναοῦ χρῆμα περικαλλές, ἀφιερωμένον, ἀσύλητον.*

·48 31 *ἀντὶ τοῦ θαυμάσαι τὴν ὑπομονήν, ἐπαινέσαι τοὺς πόνους, εὐφημῆσαι τὴν ἀριστείαν, ἀποδέξασθαι τὴν πίστιν, ἐκφράσαι τὰ τῆς καρτεροψυχίας ὑποδείγματα, προτρέψασθαι διὰ τούτου τοὺς νεολέκτους εἰς ἀρετήν, εὐψυχίᾳ καὶ ῥώμῃ φρονήσεως ὁπλίσαι τοὺς ἀγωνιστὰς ἀνδρείως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀθλεῖν.*

59 14 *ἄκρα τε πολέμου γράφει καὶ τέλος, ἐοικότα βάσει, καὶ χείλη φθεγγόμενα καὶ φωνῶν ἰδιώματα, καὶ γέλωτας καὶ κλαυθμούς, ἢ δημηγορίας ἀρχοντικὰς ἢ συμπόσια καὶ κώμους ἢ βακχείας ἢ τελετὰς ἢ μέθας ἀκολάστους ἢ παροινίας ἐρωτικὰς ἢ ληστρικὰς ἁρπαγὰς ἢ φθορὰς ἀνηκέστους ἢ σφαγὰς ἀκρίτους ἢ πενίας ὑποκρίσεις ἢ πλούτων ἐπιρροίας.*

Similia quidem, sed maiore arte elaborata sunt, quae exstant 17 1 *οὔτε γοῦν ἵππος ἀγωνιστὴς εἶναι κρίνεται δόκιμος . . . οὔτ' αὖ τις ἀθλητῶν . . . οὔτε ἄλλος οὐδείς, οὔτε παλαίων ὑγρῶς, οὔτε τραχύτατα παγκρατιάζων ἢ πυγμαχῶν [ἢ] τὸν ἀέρα δέρων κτλ.*

Accedant denique verba haec 46 19 *δι' οὗ γεγόνασιν ἄγγελοι καὶ οὐρανοὶ καὶ γῆ καὶ θάλαττα καὶ βυθοὶ καὶ φωστῆρες οὐρανοδρόμοι καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἅπασα τῶν γενητῶν ἡ σύστασις.* Hiscum confero similia Eustathii verba a Theodoreto tradita: *δι' οὗ γεγόνασιν ἄγγελοι καὶ οὐρανοὶ καὶ γῆς ἄπειρα μεγέθη καὶ πᾶσαι συλλήβδην τῶν γενητῶν ὗλαί τε καὶ συστάσεις*[1]. Iuvat his adiungere similem Ioannis Chrysostomi sententiam — *τὸ περισπούδαστον τῷ θεῷ ζῷον. . . . δι' ὃν οὐρανὸς ἐτάθη καὶ ἥλιος ἀνήφθη καὶ σελήνη τρέχει καὶ ποικίλος ἀστέρων καταλάμπει χορὸς καὶ ἀὴρ ἡπλώθη καὶ θάλασσα ἐξεχύθη καὶ γῆ ἐθεμελιώθη καὶ πηγαὶ βρύουσι καὶ ποταμοὶ ῥέουσι καὶ ὄρη πέπηγε κτλ.*[2], quae idem copiosae ornataeque orationis studium, sed maiorem variandi artem ac diligentiam demonstrat. Eustathium vero in omnibus fere exemplis sine ullo artificio vocabulum vocabulo annectere velim animadvertas.

Valde Eustathius delectatur in verborum circuitu epithetis qu. d. amplificando, qua re, cum verba poetica, sonantia, singularia praeferat, orationem quaesitam, modo haud raro carentem efficit. Ex permultis eiusmodi exemplis potiora affero: 19 12 *ὁ κομψὸς Ὠριγένης*; 47 10 *ὁ μεγαληγόρος . . . Ὠρ.*; 51 21 *ὁ . . . πολυΐστωρ Ὠρ.*; 52 31 *ὁ πολύφημος Ὠρ.*; 57 6 *ὁ πάσας ἑρμηνεῦσαι τὰς γραφὰς οἰηθεὶς Ὠρ.*; 33 22 *Σαμουὴλ ὁ περίβλεπτος . . . προφήτης*; 40 27 *μετὰ τοῦ θαυμασιουργοῦ . . . Σαμ.*;

---

[1]) PG 18 p. 685 C. **Cavallera p. 75.**
[2]) PG 63 p. 518.

43 29 τὸν εὐκλεῆ Σαμ.; 21 28 τὸν ἁγιοφανῆ Παῦλον; 32 16 ὁ περίοδος ἱεροκήρυξ ... Παῦλ.; 39 28 τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ; 39 3 ὁ μιαρὸς Ἀχαάβ; 40 21 τὸν ἁγιοπρεπῆ ... Δαβίδ; 48 30 τοῦ πολύτλα ... Ἰώβ; 20 10 ὁ ... παράφρων ... Σαούλ; 20 13 τῷ δαιμονιζομένῳ Σ.; 41 7 τὸν ἐμμανῆ Σαούλ; 51 16 τὸν ἔκφρονα Σ. Varia quoque sunt nomina, quibus ventriloqua Aendora appellatur: 19 4 ἡ κακοδαίμων ... γραῦς; 21 14 τῆς δαιμονώσης ... γυναικός; 31 30 διὰ γυναικὸς ἐμμανοῦς; 47 19 διὰ μαινάδος ... γυναικός; 25 7 περὶ γυναικὸς ... ἔκφρονος. Denique addo exempla haec: 24 9 φεγγοβόλοις ... μαρμαρυγαῖς; 28 3 νεολέκτους ... δορυφόρους; 28 13 οἰησικοπίᾳ φαντασιώδει; 28 31 περιεργίᾳ ... γοώδει; 31 4 αἱ φλογοειδέκελοι τῶν ἀγγέλων ἀξίαι; 39 28 ταῖς ἀκοιμήτοις ... φλοξίν; 40 4 πυροφόροις ... ὀδύναις; 46 21 φωστῆρες οὐρανοδρόμοι; 47 7 τοὺς ὁμογαστρίους ... δαίμονας; 47 8 ὁμοκοιλίους ἀδελφούς; 47 9 τὰ ὁμομήτρια γένη; 47 23 τὸ τῶν οὐρανοπέτων ἀγγέλων τάγμα; 47 28 νικηφόρον ... τρόπαιον; 61 24 μυθώδη πλάσματα[1]).

Ex multis locutionibus, in quibus una res duobus vocabulis, quae eandem vim habent, redditur, item scriptorem latam et magnificam orationem sectantem cognoscis: 17 12 ὡς οἷόν τε κατὰ τὸ ἐφικτόν; 19 1 πιστωσάμενος ὅρκῳ διεβεβαιώσατο; 31 11. 46 24 ἔργῳ ... καὶ πράξει; 31 11 εἰσιδὼν ... ἑώρα; 33 15 παρὰ βούλησιν ἄκων; 38 7 ἐπήγειρεν ... πόλεμον ἐξαίφνης ἀκήρυκτον; 36 21 ἀπὸ στόχου καὶ συγκυρίας; 40 3 νοτίδος ἐπαφυσάμενος ἰκμάδα; 40 4 ἐπρέσβευε τοιαῦτα μεθ' ἱκετείας; 46 28 τόπῳ καὶ ῥητῷ τινι χωρίου μορίῳ; 52 1 τί ξένον ἢ τί παράδοξον; 58 3 ἄκων ἑλκόμενος ὡμολόγησεν. Horum exemplorum numerus facile augeri potest.

At alia quaedam exempla optime illustrant, quae de Eustathii dicendi genere supra diximus: 18 10 ἀξιώσεις αὐτῇ προσεφέρετο pro ἠξίωσεν αὐτήν; 24 1 προδήλῳ ... ἐκφαίνεται σημασίᾳ ὡς pro πρόδηλόν ἐστιν ὡς; 33 2 ἐκποδὼν ᾤχετο ... ἡ ἐλπίς pro ἐξῆλθεν ἡ ἐλπίς (cf. h. d. p. 79); 38 17 ὁμοῦ τῇ τῆς ὄψεως ἱστορίᾳ pro ἅμα τῇ ὄψει; 41 18 ἀπαραλείπτῳ δὲ τάξεως ἀκολουθίᾳ προσθεὶς ἔφησεν, quibuscum conferas Gregorii Nyssaeni verba: κατά τινα τάξεως ἀκολουθίαν[2]); 61 7 Ἑλλήνων παῖδες pro Ἕλληνες. De fabula denique Eustathius dicit haec: 58 33 μῦθός ἐστι πλάσμα συγκείμενον μετὰ ψυχαγωγίας πρός τι τῶν ἐν τῷ βίῳ χρήσει διαφέρον; valde iuvat cum his verbis ea conferre, quae Hermogenes de fabula dicit: πάντως δὲ χρήσιμον πρός τι τῶν ἐν τῷ βίῳ[3]). Eustathium enim pro usitata voce χρήσιμον — χρήσει

[1]) cf. Cavallera p. 70: τὸ νικηφόρον τοῦ σταυροῦ τρόπαιον, quae verba in Eustathii Stelographiae commentario leguntur.

[2]) Contra Eunom. p. 187 7 ed. W. Jaeger.

[3]) cf. Rhetores Graeci. vol. VI. Hermogenis Opera ed. H. Rabe, Lipsiae 1913, p. 24; cf. Rh. Mus. 62, p. 630.

διαφέρον scripsisse moneo. Eum in deliciis habere locutiones a communi sermonis consuetudine remotas facile cognoscis. Parum scite oratio onerari mihi videtur his quoque verbis: 18 3 *αὔξει τὰ τῆς ἀποστασίας ἐπιτηδεύματα*; 23 24 *νεάζοντα περὶ τὰς τῆς κακίας ἀναδόσεις*; 26 28 *ἄλλην δὲ μίαν παραδείγματος εἰκόνα προσθείς*; 38 5 *τὰ τῆς αἱματεκχυσίας ἀνήκεστα ῥεύματα*; 52 4 *ἡ τοῦ ἐλαίου χρίσις αἰσθητὴν ἔχει τὴν τῆς ἁφῆς ἐπιφοράν*; 62 18 *ἐγένετο ... εἰς τὸ „καταπαίζεσθαι" πρὸς τῶν ἀγγέλων.*

Singularis est abundantia verborum dicendi in Sacrae Scripturae, Platonis, Origenis verbis afferendis. Verbum enim dicendi, quo oratio recta inducitur, inter verba citata haud raro repetitur; velut 19 2 *ἀποκρίνεται δήπουθεν ἡ γυνή· „τίνα" φησὶν „ἀναγάγω σοι"*; sim. 19 23; 33 17 *ὁ δὲ δυνάστης ἀνθυπενέγκας ἔφη· „θλίβομαι σφόδρα ..., καὶ ὁ θεὸς ἀφέστηκε" φησὶν „ἀπ' ἐμοῦ ..."*; 38 25 *πρὸς ταῦτα μὲν οὖν εἴρηκεν ὁ κρείττων· „ἀπατήσεις, ... καὶ νῦν ἰδοῦ" φησὶν „ἔξελθε ..."*; sim. 40 7. 42 9. 52 22. 53 1. 26. 54 18. 56 22. 57 24. 60 12. Hanc dicendi consuetudinem apud litterati et vulgaris sermonis scriptores variorum populorum inveniri multis exemplis allatis ostendit Kieckers[1]). Ex lingua Graeca nonnullas Platonis et Xenophontis sententias affert[2]). Eustathium autem hiatus evitandi causa verbum dicendi saepe inseruisse ex exemplis supra allatis facile cognoscitur.

Addo duas sententias, in quibus verbum dicendi in oratione recta bis ponitur: 44 20 *οὕτω — γὰρ ἔφη — καὶ οἱ προφῆται καὶ Σαμουήλ, κἂν καταβῶσιν ὅπου αἱ ψυχαὶ — φησὶν*[3]) *— αἱ κάτω κτλ.*; sim. 48 6. Similia ex Platone et Xenophonte collecta Kieckers affert, quibus in exemplis eadem verbi dicendi forma — *ἔφη* — repetitur[4]). Eustathium autem in eadem sententia hiatus scilicet tollendi causa formas *ἔφη* et *φησίν* variare intellege.

Participium dicendi vim vel similem sensum habens haud raro additur verbo, quo oratio recta instituitur, vel interponitur orationi rectae, velut 29 8 *ἡ παραπλὴξ ἀνθυπενέγκασα βοᾷ*; 28 15 *ἀνθυποφέρων ἐρεῖ σοι*; 32 4 *ἀποκρίνεται σκυθρωπότερον, „ἵνα τί παρηνώχλησάς μοι" φάσκων „ἀναβῆναι"*; 33 14 *ἠγόρευε τῷ Σαοὺλ ὁ δολομήτης, „ἵνα τί παρηνώχλησάς μοι"*; *φήσας, ὑπηνίττετο ...*; sim. 34 24. 36 21. 39 12. 40 6 al. Similia exempla ex Herodoto, Platone, Luciano deprompta affert Kieckers[5]); E. Bruhn etiam ex Aeschylo, Sophocle, Aristophane

[1]) Glotta X p. 205 sqq.; cf. JF 30 p. 154; 36 p. 65.
[2]) JF 30 p. 154.
[3]) **Verbum** *φησίν* **non exstat apud Origenem.**
[4]) Glotta X 206.
[5]) JF 30 p. 145.

nonnulla enumerat[1]. In NTo quoque talia non pauca inveniri Debrunner docet[2].

His expositis satis demonstratum esse puto, quantopere Eustathius delectatus sit in circuitu verborum amplificando atque exornando, quod quo magis eluceat nonnullas periodos longiores addo:

25 25 *ὁπηνίκα τοίνυν Ἡλίας ἐνθέῳ διήλεγχε ζήλῳ τοὺς ψευδοπροφήτας ὀκτοκοσίους ὄντας πρὸς τοῖς πεντήκοντα τὸν ἀριθμόν,*

ἠξίου μὲν ἐν θυσίᾳ τὴν ἑκατέρων ἀντεξετάζεσθαι τάξιν, μηδένα δὲ „πῦρ“ ἐπάγειν, ἀλλ' εὐχαῖς ἐπάγεσθαι πυρὸς ἐπιφοράν, ἵνα ἐκ τοῦ καταπομπαζομένου μετεώρου[3] *οὐρανόθεν ἔκδηλος μὲν ἂν εἴη πᾶσιν ὁ ἐπακοῦσαι δυνάμενος ἐν φλογὶ πυρὸς ἀποστολῇ θεός,*

ἐκ δὲ τούτου διαγινώσκηται τίς ἡ τοῦ κρείττονος ἐξουσία, καὶ πᾶσι φανερὸν ἂν εἴη γε τὸ ἄμεινον.

Sim. 26 19. 33 25. 36 6. 36 25. 37 3. 46 4. 18. 50 15. 51 27. 53 19. 56 3. Quae omnes particulis, contentionibus, aliis dicendi artificiis apte atque eleganter adhibitis facilia sunt ad perspiciendum. Sola quae legitur 56 3 sqq. satis molesta mihi videtur esse.

Magnam Eustathii orationis disponendae atque elaborandae artem et curam imprimis ostendunt haec exempla:

24 25 *εἶτα ὅτι μὲν ὁ δαιμονιζόμενος ἔγνω παρὰ δαιμονώσης ἀκούσας,*
ἄνω καὶ κάτω λέγεις·
ὅτι δὲ οὐδὲν οὐδὲ ὅλως ἐθεάσατο,
σιγῇ τὸ γράμμα κρύπτεις.

Quo in orationis circuitu eodem verborum in sententiis repugnantibus ordine eleganter efficitur, ut oppositionis vis magis eluceat.

Idem orationis vinciendae artificium periodo demonstratur hac:

27 13 *ὅσα μέν γε διὰ Μωσέως ἐπράττετο,*
τὴν ἀλήθειαν ἐκ τῶν δρωμένων ἐξέφαινεν,
ὅσα δ' αὖ διὰ τῶν ἐπαοιδῶν ἐκαττύετο,
τῷ δοκεῖν ἐφάνταζε τὰς ὄψεις.

Alia eiusmodi exempla leguntur 30 25. 28. 36 17. 51 25. 27. 52 17. 55 12. 56 5. 57 3.

II. De collocatione verborum.

Saepe vel in omnibus fere sententiis ab usitato verborum ordine Eustathius artificiose discedit. Hoc autem potissimum eius verborum collocandorum rationis proprium est, quod verbum sive finitum sive infinitum sive participium enuntiati partibus arte coniungendis interponit.

---

[1]) Sophokles, erklärt von F. W. Schneidewin et A. Nauck. 8. Bdchen. Anhang. Berlin 1899, p. 118.

[2]) § 420; cf. Kieckers JF 35 p. 34 sqq.

[3]) cf. supra p. 45.

Hoc verborum ordine modice ac sapienter uti scriptores Atticos, abuti inter posteriores auctores eos, qui nimium artificium ac studium ad orationem componendam adhibent, L. Lindhammer demonstrat[1]). Ex multis exemplis, quae apud Eustathium exstant, haec affero:

17 28 *ὡς ἡ θεία διαγορεύει γραφή*; 26 8 *ἡ διηγηματικὴ τοῦ συγγραφέως ἐπιφέρει βοή*; 28 8 *ἀντὶ τοῦ σβεστήρια καταψεκάζειν ὄργανα*; 29 1 *μαντικῆς εὑρήματα διελέγχων ἀσεβῆ*; 31 28 *τοιαῦτα προσοῖσαι ῥήματα*; 32 10 *ἐν τῷ θείῳ φυγαδεύουσιν ὀνόματι*; 32 16 *ὁ περίοδος ἱεροκήρυξ ἀφίκετο Παῦλος εἰς*; 34 19 *τὰς νομικὰς ἀκριβῶσαι γραμμὰς ἀκρότατα δυνηθείς*; 34 31 *αὐτὰ τὰ συνεκτικὰ παρεὶς ἐγκλήματα πλάττεται*; 39 11 *ἡ πρώτη διελέγχεται δυσφημία*; 39 19 *μηδεμία συνυπάρχει κοινωνία πιστῷ . . .*; 40 18 *τῆς τῶν ἁγίων ἀπολαῦσαι κοινωνίας*; 42 4 *αὐταῖς ἐπέφραζε συλλαβαῖς*; 45 10 *ὥστε καὶ παντέφορον ἔχειν ἐξουσίαν*; 55 27 *καὶ παντοίας ἐθρήσκευεν εἰδωλομόρφους ὕλας*. Accedant sententiae, quarum partes arte inter se cohaerentes verbo ac subiecto vel aliis vocabulis insertis distrahuntur. Talia apud Pausaniam, Iulianum, Andream Cretensem maxime inveniri adnotat L. Lindhammer[2]). 31 22 *τοιαύτας μὲν οὖν ὁ ἀσεβὴς ἔρρηξε δεῦρο φωνάς*; 43 5 *ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀνείληπται ταῦτα γραφαῖς, οὐ . . .*; 44 3 *εἰ τοιαύτην ἔχει δαίμων ἐξουσίαν*; 61 5 *ὅσους ἡ δαιμονῶσα γραῦς ἀπεφθέγξατο λόγους οὐχί . . .*; 24 28 *εὕρημα δὲ μαντείας ἐπιτειχίζων ἅπασιν ἀσεβοῦς*; 25 23 *ἵνα δὲ καὶ ἀφ' ἑτέρου τὰ ὅμοια συστήσαιμι παραδείγματος, φέρε . . .*; 27 7 *ἡ διηγηματικὴ μηδὲ δεῦρο διαιρεῖ φωνή*; 56 15 *αὗται ταῦτα διελέγχουσιν αἱ ῥήσεις*; 47 28 *νικηφόρον οὕτως ἵδρυσε κατὰ τοῦ πολεμίου τρόπαιον*; 56 13 *φαντασιοκοπίαις ἀναπτεροῦσα τὸν δυνάστην ἀδήλοις*. Eiusmodi exempla iisque similia plus centum quinquaginta numeravi.

Duo exempla collocationis insolentissimae ac satis impeditae digna sunt quae commemorentur: 27 18 *ὡς ἐκ τῶν ἀψύχων ἐκεῖνοι ῥάβδων ἐμψύχους ἠδύναντο δράκοντας ἀποτελεῖν*; 60 9 *τοῖς ἀρτίως ἐνσημαινόμενοι μείραξιν οἱ τύποι τῆς κακοδοξίας ἀμετάστατοι φιλοῦσι γίγνεσθαι καὶ δυσέκνιπτοι*. Denique adicio 17 9 *τὸν ἀντιπίπτοντα νοῦν ἐκείνοις ἐξετάσαι*, quo in exemplo nomen interponitur attributo et verbo, quod eo regitur. Similes seiunctiones et antiquiore et posteriore aetate apud poeticae et pedestris orationis scriptores inveniri ex exemplis ab H. Schoene congestis novimus[3]).

Iam quaeramus, cur liberiorem atque inusitatum verborum ordinem Eustathius tam saepe praetulerit. Multis locis, velut 26 8. 28 8. 32 10. 32 16.

---

[1]) L. L., Zur Wortstellung im Griechischen. Eine Untersuchung über die Spaltung syntaktisch eng zusammengehöriger Glieder durch das Verbum. Borna-Leipzig 1908, p. 75 sq.

[2]) l. c. p. 57, 55, 56.

[3]) Hermes 60 (1925) p. 161 sq.

34 9. 11. 43 5. 61 5. 56 16. 61 14, eum hiatus evitandi ratione ductum esse facile cognoscet, qui verborum collocationem mutaverit. Aliis deinde nomen vel attributum vel utrumque seiunctione magis effertur, velut 17 26. 39 11. 39 29. 40 18. 45 10. 47 28. 56 13. In sententia autem, quae legitur 25 23, inusitata verborum collocatione efficitur, ut verba *ἀφ' ἑτέρου* et *τὰ ὅμοια* maiore vi opponantur. Similiter in exemplo, quod exstat 27 18, artificioso verborum ordine maxima vis in verbis oppositis *ἀψύχων* et *ἐμψύχους* ponitur. In sententia, quae exstat 60 9, insolenti collocatione adhibita non solum hiatus evitatur, sed etiam *μείραξιν* vocabulum electum et vi sua praevalens maiorem accentum consequitur. Aliis quoque locis liberiore verborum collocatione voces graviores eminentioribus locis ponuntur, velut 24 28. 29 1. 55 27. Saepe vero, id quod hic apte commemoratur, verba sonantia et singularia, quo acrius in aures cadant, in fine enuntiati vel in orationis intermissione collocantur. Quae res exemplis confirmatur his: 28 10 *πῦρ ἄρδει κατὰ πυρὸς ἀπειροκάλως*; 30 1 *καὶ τούτου πάλιν αὐτὸς ὁ ἀρχιδαίμων*; 34 22 *ἀπάτῃ συληθέντες ἀθλίως*; 32 10 *οἱ τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονοῦντες εἰλικρινῶς, οὐχὶ ...*; 40 4 *ἐπρέσβευε τοιαῦτα μεθ' ἱκετείας ὁ τάλας*; sim. 41 17. 46 19. 47 22. 48 5. 49 6. 50 31. 52 27 al.

III. De ornamentis oratoriis.

Priusquam singula ornamenta, quibus Eustathius orationem excoluit, certum in ordinem digesta enumerem, de artificiosa libri eius compositione in universum nonnulla dicam, ex quibus, quantopere rhetorum praeceptis eruditus fuerit, facile cognoscetur. Initio libelli primum Eutropii, ad quem librum mittit, pietatem et sanctitatem laudat, deinde commemorat non solum ipsius Eutropii, sed etiam aliorum animos iis, quae sibi agenda sint, valde occupari. Denique compositionem ac structuram libri paucis indicat. Rhetorum igitur praecepta sequens, priusquam ad rem ipsam accedat, legentis animum benevolum, attentum, docilem facere studet [1]). Quod ad rem ipsam eiusque componendae ac tractandae rationem attinet, hoc solum adnoto, quod multa et varia exempla ex Sacra Scriptura deprompta affert, quibus, quae contendit, confirmet, contraria refutet. Hac quoque in re rhetorum praecepta sequitur [2]). Atque ut omittam alia, ex quibus dicendi rationem in Eustathio esse non minus apparet, hoc unum addo, quod in extrema libri parte de vi ac sensu nominis *ἐγγαστρίμυθος* copiose agit, quo, quam sit absurdum,

---

[1]) R. Volkmann, Die Rhetorik der Griechen und Römer. Leipzig 1885², p. 89. sqq.

[2]) Volkmann p. 185 sqq.

quod Origenes de ventrilaquo dixerit, magis eluceat [1]). Hanc rationem argumenti 'ex notatione' ducendi Cicero oratori accommodat [2]).

Iam de singulis ornamentis rhetoricis mihi agendum est. Ac primum quidem de tropis, deinde de figuris sententiarum, postremo de figuris verborum dicam.

De tropis.

Nonnullae inveniuntur s i m i l i t u d i n e s [3]), quae verbis quidem et notionibus redundant, sed, quod ad sensum attinet, ineptiarum nihil habent:

54 29 *ἡ μαντεία τῆς ἐγγαστριμύθου συνέζευκται μετὰ πάντων ὁμοῦ τῶν τῆς εἰδωλολατρείας αἰτίων, ὡσπερανεὶ* [4]) *πυρετῷ σκυβάλων ἔνδοθεν ὑποκειμένων, ἐγερτικῶν μὲν ἀρρωστίας, ὑπεκκαυμάτων δὲ μοχθηρῶν, οἰδήσει καὶ φθορᾷ τὴν λυμώδη* [5]) *νόσον ἀποκυεῖν* [6]) *εἰωθότων;* 28 1 *οὐδεὶς γὰρ ἂν ἕλοιτο τῷ πολεμίῳ πλήθει ἕτερον προστιθέναι πλῆθος ἀναρίθμητον ἀντὶ τοῦ νεολέκτους στρατολογεῖν εἰς συμμαχίαν δορυφόρους, οὐδὲ ἐπεγεῖραι πυρετῷ πυρετὸν ἀπαλλαγῆναι τοῦ πρώτου γλιχόμενος, οὐδὲ πληγῶν ἀφορήτων βίᾳ μαστιζόμενος ἄλλας ἑαυτῷ προσεπιφέρειν πληγάς, ἀνεθῆναι τούτων ἐφέσει καθαρᾷ καὶ πρεσβείᾳ καὶ δεήσει προσλιπαρῶν· ἀλλ' οὐδὲ τῶν οἴκοι πιπραμένων, ἀντὶ τοῦ σβεστήρια καταψεκάζειν ὄργανα, τοὐναντίον ἔλαιον καὶ πίτταν ἐπιχέων εἰς ἄμετρον μὲν ὕψος ἐγείρει τὴν φλόγα, φλεγομένης δὲ μεῖζον τὸ πάθος αὔξει καὶ πῦρ ἄρδει κατὰ πυρὸς ἀπειροκάλως.* Aliae exstant 16 25. 23 8. 28 14. 36 6. 59 25.

T r a n s l a t i o n e s paucas inveni atque iis omissis, quae pervulgatae sunt omnemque tropi vim amiserunt [7]), has affero: 22 28 *τὰ πράγματα μάχεταί σου τοῖς λόγοις;* 23 4 *τὸ τῆς ἐννοίας αὐτὸ* (sc. *τὸ ὄμμα*) *τὸ νοητόν;* 23 31 *αὐτὰ τὰ πράγματα κέκραγεν;* 25 23 *τὰ πράγματα βοὰς ἀφίησιν ἐναργεῖς;* 31 6 *τὸν ἡγεμόνα μὲν νοῦν ἐτύφλωττεν ὁ Σαούλ;* 48 24 *λόγων ἑσμὸν ἀποτείνας* [8]); cf. 48 16. 51 4.

---

[1]) 58 22 sqq; cf. Brinkmann, Rh. Mus. 62 p. 629 sqq.
[2]) top. 29; cf. Volkmann p. 176.
[3]) Volkmann p. 378 sqq.
[4]) corr. Brinkmann p. 312.
[5]) Verbum *λυμώδης* codice M traditum, quod Jahn in textum receperat (66 5), Klostermann autem Wendland secutus in *λοιμώδης* mutavit, magistro auctore restituendum propono; *λοιμώδης* enim aptum sensum non habet, *λυμώδης* autem, quod quidem alibi non invenitur — exemplum, quod apud Hippocratem 840 G exstat, dubium est — sententiae optime respondet. Hic vero ut aliis locis inusitata voce Eustathium usum esse quis est qui miretur.
[6]) cf. h. d. p. 55.
[7]) Volkmann p. 355 sqq.
[8]) cf. Plat. Rep. V 450 B *λόγων ἑσμὸν ἐπεγείρετε.*

De figuris sententiarum.

Incipio a transitione[1], cuius dicendi figurae multis et variis formis ad singulas libri partes apte ac ornate disponendas et coniungendas Eustathius utitur. Primum transitionis formulas afferam, quibus singula libelli capita instituit vel inter se connectit, deinde pauca enumerabo, quibus in eodem libri capite novam sententiam inducit.

Primum igitur duo exempla enumero, quibus, quid dicturus sit, breviter indicat:

17 11 *Φέρε γοῦν αὐτὸ τὸ τῆς ἱστορίας γράμμα θεωρήσωμεν ὡς οἷόν τε κατὰ τὸ ἐφικτόν.* 34 31 *Θεωρητέον δὲ πῶς αὐτὰ τὰ συνεκτικὰ παρεὶς ἐγκλήματα πλάττεται μὲν ὑποκρίσει δεικτικωτέρᾳ φθέγγεσθαι κτλ.*

His addo, quae exstant 36 20, quibus quid primo, quid secundo, quid tertio loco dicturus sit, praemittit:

36 20 *ζητητέον δὲ πότερον ἀληθῆ προὔλεγεν, ὡς ᾤετο, καὶ πότερον ἀπὸ στόχου καὶ συγκυρίας ἀπήγγελλεν, καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἰ προεγνωκέναι τούτων ἠδύνατό τινα.* Similia ex oratoribus Atticis collecta affert Schepe[2]).

In nonnullis exemplis ea, quae antecedunt, breviter attingit vel paucis comprehendit, tum ad novam orationis partem tractandam se convertit:

25 22 *ἀλλὰ μὴν ὅτι γε ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, αὐτὰ τὰ πράγματα βοὰς ἀφίησιν ἐναργεῖς. ἵνα δὲ καὶ ἀφ' ἑτέρου τὰ ὅμοια συστήσαιμι παραδείγματος, φέρε τὴν ἐπὶ Ἡλίου τοῦ προφήτου προσαγάγωμεν ἱστορίαν.* 29 6 *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡμῖν οὕτω νοητέον. ἴωμεν δὲ πάλιν ἐξελίττοντες ἐπὶ τὰ τῶν λόγων ἴχνη. τί οὖν;* sim. 31 29. 38 11.

Sequuntur duo exempla, in quibus revocatio qu. v. coniuncta est cum transitione[3]): 18 24 *ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγον ὕστερον ἐπαναλαβόντες ἐντελέστερον ἐροῦμεν· ἐπανιτέον δὲ πάλιν εἰς τὴν τοῦ γράμματος ἱστορίαν;* 22 11 *ἵνα δὲ μὴ παρεκβὰς ἐφ' ἕτερα τῶν παραδειγμάτων ⟨ἐκκρούεσθαι δόξω τοῦ ζητήματος, πρῶτον μὲν⟩*[4]) *ἐξ αὐτῶν ὧν ἔγραψεν ἐνταῦθα ποιήσομαι τὴν ἐρώτησιν, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὰ λοιπὰ βαδιοῦμαι παραδείγματα.* 26 25 *ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα μὲν εἰ παραφέροιμι μαρτύρια, τάχα ἴσως ὁ χρόνος ἡμᾶς ἐπιλείψει λέγοντας· ἄλλην δὲ μίαν παραδείγματος εἰκόνα προσθεὶς ἀρκεσθήσομαι.* Multa eiusmodi exempla ex oratoribus Atticis

---

[1]) Volkmann p 128.

[2]) K. Schepe, De transitionis formulis, quibus oratores Attici praeter Isocratem, Aeschinem, Demosthenem utuntur. Jahresbericht über das Fürstliche Adolfinum zu Bückeburg. 1874; cf. W. Birkler, Über die oratorischen Transitionsformeln der Griechen. Progr. des K. Gymn. zu Ehingen 1868 p. 28 sq; et p. 34 sq.

[3]) cf. Birkler, l. c. p. 24 et 25 sqq.

[4]) cf. h. d. p. 28 sq.

collegit Gebauer [1]), velut Is. 1 11 *ἐπιλίποι δ'ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καθαριθμησαίμεθα*. Proxime autem ad Eustathii verba accedunt, quae leguntur in epistula ad Hebraeos: 11 32 *καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος κτλ.*

Iam addo praeteritionis exemplum, quo quae antea dicta sunt concluduntur: 43 23 *ἀλλὰ μυρία μὲν ἔστι τοιαῦτα πρὸς ἐπὶ τούτοις ἰδεῖν, οὐχ οἷόν τε δὲ πάντα παράγειν, ἵνα μὴ μακρηγορίᾳ δόξωμεν ἐκκρούεσθαι τοῦ ζητήματος.*

His similia sunt, quae occurrunt apud Platonem, Gorg. 483 D: *ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν*, et Demosthenem or. 18 138 p. 273 *μυρία τοίνυν ἕτερ' εἰπεῖν ἔχων παραλείπω* [2]).

Denique commemoro novam libri partem nonnunquam interrogatione rhetorica institui, velut 51 10 *Ἀλλὰ τί πρός ἐπὶ τούτοις εἰσήγαγεν, ἀφοσιώσει πλαττόμενος ἀποφυγάς*; 55 9 *Τί τοίνυν φασὶν οἱ τὰς Ὠριγένους ἀσπαστέας εἶναι τιθέμενοι δοξοκοπίας;*

His adiciam, ut erat propositum, transitionis exempla, quibus sententia in eadem libri parte instituitur. Eustathius nonnunquam audientes alloquitur vel cohortatur, velut 34 7 *ἄκουε καὶ μεθ' ἕτερα τοῦ θεοῦ χρησμῳδοῦντος*; 35 17 *εἰ δέ τις ἀκριβῶσαι βούλοιτο τὸ σαφές, ἐπανίτω μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ γράμματος ἱστορίαν*; 54 17 *ἀκουέτω πῶς ὀλίγῳ πρόσθεν … ἐδογμάτισε πάλιν* al.

Quod aliquis obicere possit, id, quasi iam opposuisset, profert [3]), velut 23 28 *τί οὖν (εἴποι τις ἄν)*; 27 11 *οὐ μὲν οὖν, εἴποι τις ἄν*; sim 43 21.

Interrogatione rhetorica novam sententiam vel argumentum aliquod affert, velut 20 2 *τί οὖν ἐπὶ τούτοις ἡ θεία διαγορεύει γραφή*; 35 10 *ἀλλὰ τί μετὰ ταῦτα προσετίθει πάλιν*; sim. 36 17. 56 21. 55 21. *ἀλλὰ τί φῶμεν*; 18 17 *τί γάρ*; 29 6 *τί οὖν* [4]);

Huc adde alias interrogationes rhetoricas, qua dicendi figura Eustathius valde delectari videtur. Nonnunquam affirmandi vis interrogatione adhibita augetur: 21 12 *τίς δὲ οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὡς ὑποκρίνεσθαι …*; 31 10 *καὶ τί γε δὴ ξένον ἐστὶν εἰπεῖν, ὅπου …*; sim. 27 22. 31 3. 41 12. 48 22. 53 9. 54 15. al.

Admiratio quaedam atque indignatio inest in interrogatione 19 4 *παπαὶ καὶ ὁποία καὶ τίς ἡ κακοδαίμων ἐτύγχανεν αὕτη γραῦς, ἵνα …*;

---

[1]) Gust. Gebauer, De praeteritionis formis apud oratores Atticos. Lipsiae 1874, p. 33.

[2]) cf. Gebauer p. 31.

[3]) cf. Schepe l. l. p. 17.

[4]) de hac aliisque transitionis formulis accuratius egit W. Birkler, Die oratorischen Transitions- u. Argumentationsphrasen *τί δέ; τί δὲ δή; τί οὖν; τί δῆτα*; Progr. v. Ebingen 1876.

Haud raro cumulantur interrogationes rhetoricae, velut 38 5 *τίς ὁ τῶν ἁπάντων αἴτιός ἐστι πολέμων; οὐχ ὁ διάβολος; οὐκ αὐτὸς ἐξῃτήσατο τὸν Ἰώβ; οὐκ ἐπήγειρεν αὐτῷ πόλεμον ἐξαίφνης ἀκήρυκτον; οὐ μεταμορφούμενος ἄλλοθι ἄλλως αὐτάγγελος ἅμα καὶ μάρτυς ἐγίγνετο καὶ πολέμαρχος, εἰς τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐνδόσθια παρεισδύς*; sim. 18 15. 52 1. 55 21. Similia in libro Gregorii Nysseni, qui est contra Eunomium, multa inveni, velut 46 18. 48 14. 51 23. 59 16. 62 6. 65 19 [1]).

Nonnulla inveniuntur altercationis exempla, quibus Eustathius Origenem adversarium alloquitur eumque sibi respondentem facit, quo vividior et vehementior oratio fiat [2]): 20 23 *τί τοίνυν φής, ὦ Ὠρίγενες (ἀνάγκη γὰρ ἐρέσθαι σε); πότερον ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν ἅπερ ἔφρασεν ὁ σωτήρ, ἢ τοὐναντίον ἀνθυποφέρων ἐρεῖς*; 22 15 *τί φής, ὦ Ὠρίγενες; πότερον ἡ γυνὴ τὸν Σαμουὴλ ἀνήγαγεν αὐτῷ σώματι ἢ . . . κτλ*; sim. 23 5.

His verba addo, quibus Samuelem dicentem inducit: 33 22 *εἰ Σαμουὴλ ὁ περίβλεπτος ἐτύγχανε προφήτης, οὐκ ἂν ἐσωφρόνισε τὸν ἄνδρα νουθετῶν; οὐκ ἂν εἶπεν αὐτῷ τὸ πρῶτον· εἰπέ μοι, σχέτλιε πάντων ἀνθρώπων, εἰ περιέστηκαν κτλ.* Haec figura rhetorica *προσωποποιία* vel effiguratio appellatur [3]).

Frequentissima sunt exempla, ubi sententiae et verba opponuntur [4]), velut 24 17 *„ἄνδρα“ γοῦν „ὄρθιον“ ὀνομάζουσα . . ., ἀόρατον ἐκ τῶν ἐναντίων εἰσῆγε πνεῦμα φαντασιῶδες*; 38 15 *ἄκων ἀνέβαινεν, οὐ θέλων*; 22 21 *εἰ γὰρ ἦν θεασάμενος αὐτόν, οὐκ ἂν ὡς ἀβλεπτῶν ἐξήταζε*; 51 2 *ἐπὶ εἴδους, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ σώματος*; cf. 16 18. 28 3. 24 3. 15. 25 1. 26 10. 27 17. 29 11. 31 2. 38 30. 44 16. 46 29. 47 25. 54 4. 55 22. 59 20; denique 40 12, id quod commemoratione dignum est:

τοὺς ἔνθεν ἐκεῖσε διαπορθμεῦσαι,
μήτε δεῦρο τοὺς ἐκεῖθεν ἀφικέσθαι,

qua in sententia verba repugnantia artificiose commutari velim animadvertas. Nonnullas sententias oppositas, quarum partes magna cum cura atque arte exaequatae sunt, supra (p. 67 sq.) attuli. Per contentionem etiam clauditur Eustathii libellus. Extrema enim commentationis parte, quo magis eluceant maiestas et amplitudo Dei, eius magnitudo magna vi ac vehementia humilitati et infirmitati diaboli opponitur.

Orationis variandae studio adductus pro nomine proprio Eustathius saepe appellativum vel epitheton scribit, quod dicendi ornamentum a Graecis *ἀντονομασία*, a Latinus pronominatio vocatur [5]). Ex

---

[1]) ed. W. Jaeger. Berolini 1921.
[2]) cf. Volkmann p. 149.
[3]) Quint. 1, 8, 3. cf. Volkmann p. 231.
[4]) Volkmann p. 412 sqq.
[5]) cf. Volkmann p. 362.

magno exemplorum numero primum ea affero, quibus Christus appellatur: 45_{24} *ὁ ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ὁρμώμενος*; 46_{18} *ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ*; 52_{10} *τὸ τοῦ κρείττονος πρόσωπον*. Diabolus quoque multis et variis nominibus vocatur: 21_{24} *ὁ θήρ*; 31_{22} *ὁ ἀσεβής*; 30_{17} *ὁ πολύτροπος ὄφις*; 31_{25} *ὁ ἀλάστωρ*; 33_{14} *ὁ δολομήτης*; 41_{5} *ὁ πολυπρόσωπος θήρ*; 41_{17} *ὁ ψευδορράφος*. Ventriloquae autem nomina haec sunt: 19_{19} *ἡ ἐπίληπτος*; 19_{4} *ἡ κακοδαίμων γραῦς*; 18_{7} *ἡ ἔμπληκτος*; 23_{23}. 24_{15} *ἡ μαινάς*; 19_{29} *ἡ πυθόμαντις*; 33_{31} *ἡ μάντις ἐγγαστρίμυθος*; 61_{5} *ἡ δαιμονῶσα γραῦς*; 25_{7} *ἡ γυνὴ ἔκφρων*; 31_{30} *ἡ γυνὴ ἐμμανής*; 47_{19} *μαινὰς γυνή*.

Nonnunquam pro nomine proprio verbo *ὁ ἀνήρ* utitur velut 20_{10}. 22_{21}. 29_{10}. 33_{23}. 39_{25}. 40_{17}. Huc pertinet quod 53_{5} exstat: ***ὦ ἀνοητότατε ἀνδρῶν.***

De figuris verborum.

Multa occurrunt annominationis exempla, qua figura, quam Graeci *παρονομασίαν* vocant[1]), non solum splendoris aliquid orationi adspergitur, sed etiam contraria maiore vi nonnunquam alterum alteri opponuntur. Ac primum quidem audi nonnulla exempla, in quibus annominationis figura verbis efficitur, quae eiusdem stirpis sunt: 35_{3} *ὁμολογεῖ ταῦτα καὶ πρότερον εἰρηκέναι· ταυτολογεῖ δὲ δή*; 45_{24} *εἰς οὐρανὸν μὲν ἀναβεβηκέναι . . ., ἐκ δὲ τῶν ἐκεῖσε πάλιν καταβεβηκέναι ἐνθάδε, καὶ δεῦρο βεβηκότα*; 62_{8} *ἐμπνεῖν καὶ πάλιν ἐκπνεῖν*; 20_{29} *ἄκοντες μὲν γὰρ . . . οὐ μὴν ἑκόντες*; 27_{18} *ἐκ τῶν ἀψύχων . . . ῥάβδων ἐμψύχους . . . δράκοντας ἀποτελεῖν*; 22_{2} *ἀτεχνίᾳ δὲ μᾶλλον ἢ τέχνῃ*; 43_{10} *γνῶσις . . . ἀγνωσίας ἀνάπλεως*; 46_{24} *τιμωρεῖται δίκῃ τοὺς ἀδίκους*; 33_{32} *μανιώδει μαντικῇ*; 38_{8} *ἄλλοθι ἄλλως*; 56_{27} *οὐδὲν οὐδεὶς οὐδεπώποτε* al. Diversi eiusdem verbi casus leguntur: 28_{2} *τῷ πολεμίῳ πλήθει ἕτερον προστιθέναι πλῆθος*; 28_{4} *ἐπεγεῖραι πυρετῷ πυρετόν*; 28_{10} *πῦρ ἄρδει κατὰ πυρός*; 28_{5} *πληγῶν ἀφορήτων . . . ἄλλας ἑαυτῷ προσεπιφέρειν πληγάς* al. Eiusdem verbi forma passiva et activa opponuntur: 25_{28} *μηδένα δὲ „πῦρ“ ἐπάγειν, ἀλλ' εὐχαῖς ἐπάγεσθαι πυρὸς ἐπιφοράν*[2]); 29_{31} *μείζων τῶν ἀναγομένων ὁ ἀνάγων ἐστίν*; 50_{18} *ὁ διώκων μὲν τὴν ἐκκλησίαν ἀντὶ τοῦ διώκεσθαι*, quae passivi forma solum orationis exornandae causa haud dubie additur. Denique adde: 28_{9} *ἐγείρει τὴν φλόγα, φλεγομένης δὲ μεῖζον*; 41_{14} *ἀποφέρεται μισθοφορίαν*; 58_{34} *πλάσμα δὲ δήπουθεν εἴρηται παρὰ τὸ πεπλάσθαι*; 59_{4} *λόγῳ δὲ πραγμάτων ὕλας εἰκονίζει τῇ πράξει λειπομένῃ.*

---

[1]) Volkmann p. 407 sqq.

[2]) Vocem *ἐπάγεσθαι* ex *ἐπικαλεῖσθαι* corruptam esse censet Brinkmann (p. 309).

Accedant verba similiter cadentia vel *ὁμοιοτέλευτα* [2]): 36_{31} *ἀναστῆναι καὶ καθεσθῆναι*; 30_{5} *ὁρίζεται . . . ψηφίζεται*; 37_{2} *ὀψοποιοῦσα καὶ πέττουσα* [1]), 59_{27} *ῥήμασι καὶ σχήμασι*.

Haec denique repetitionis vel *ἀναφορᾶς* exempla digna sunt quae commemorentur: 25_{10} *οὐ τὸν „ἄνδρα“ τὸν „ὄρθιον“, οὐ τὸ „ἐφοὺδ“ ὃ περιεῖχεν, οὐ τὸ ἀρχιερατικὸν ἱμάτιον*; 17_{29} *οὔτε „ἐν ἐνυπνίοις“ οὔτε „ἐν δήλοις“ οὔτε „ἐν προφήταις“*. Quibuscum conferre iuvat LXX verba (I Reg. 28): *καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ κύριος ἐν τοῖς ἐνυπνίοις καὶ ἐν τοῖς δήλοις καὶ ἐν τοῖς προφήταις.*

IV. De hiatus evitandi ratione.

In iis quae antecedunt, saepius commemoravi Eustathium, ut hiatum evitaret, magnam curam verbis eligendis et collocandis impendisse. Nunc copiosius atque certo ordine de hac re dicam. Ac primum quidem nonnullas verborum formas enumero, quibus hiatus fugiendi studio adductus Eustathius utitur.

Semper *οὕτω* ante consonantes, ante vocales *οὕτως* scribit (cf. p. 7 sq.). Similiter hiatus evitandi ratione ductus *ν* mobile modo ponit modo omittit (cf. p. 8). Augmentum plusquamperfecti propter euphoniam neglegit (cf. p. 14). Eadem de causa *ἀπέδρασεν* pro *ἀπέδρα* admittit (p. 16), *ἀνώτατον* ante vocalem, *ἀνωτάτω* ante consonantem adhibet (cf. p. 13). Denique commemoro, id quod p. 19 sqq. demonstravi, cum, ne hiatus fiat, pluralem modestiae qu. d. et pluralem nominum abstractorum singularis loco nonnunquam eligere.

Nec minus in verbis eligendis hiatus fugiendi cura ducitur. Praepositionem *πρός* enim cum genetivo coniunctam invenis ante vocales, *ὑπό* ante consonantes (cf. p. 38), particula *ἐπειδή* legitur ante vocales, *ἐπειδήπερ* ante consonantes (cf. p. 26), *ὡς* ante vocales, *ὥστε* ante consonantes (cf. p. 29), *ὡς* ante vocales, *ὅτι* ante consonantes (cf. p. 30), *εἰ* ante consonantes — passim —, *εἴπερ* ante vocales — 18_{3}. $23_{21.28}$. 25_{9}. al. — pronomen *ἅπερ* ante vocales — 20_{24}. 21_{9}. 35_{2}. 36_{11}. 42_{15}. 48_{15}. 57_{28} —, *ἃ* ante consonantes — 61_{2} —.

Praeterea habes *οἴομαι* post consonantem — 22_{1}. 24_{28}. 31_{22}. al. —, *δοκέω* — 22_{2} — vel *πείθομαι* — 45_{12} — post vocalem, *ὁράω* post consonantem — 20_{28}. 25_{12}. 39_{30} —, *θεωρέω* — 20_{9}. 23_{23}. 25_{18}. 39_{30}. 41_{25} — vel *θεάομαι* — 22_{22}. 24_{32}. 27_{30}. 33_{1} — post vocalem, *ὥσπερ* — 17_{2}. 23_{3}. 25_{12}. 26_{19}. 36_{6}. 58_{1}. 59_{25} — post consonantem, *καθάπερ* —

---

[1]) cf. Volkmann p. 411.

[2]) Orationis exornandae causa formas minus elegantes Eustathium adhibuisse supra demonstravi (cf. p. 16).

[4]) cf. Volkmann p. 398 sq.

19 22. 33 16. 44 19. 53 17. 57 12. 62 4. — post vocalem, ἐκ τῶν ἐναντίων — 24 18. 30 26. 37 13. 55 24 — post consonantem, τοὐναντίον post vocalem — 18 3. 19 16. 20 24. 22 30. 25, ceteris quibus exstat locis. De verbis θέλω, ἐθέλω, βούλομαι videre liceat p. 18 sq., de verbo ἦδ(έ) pro καί adhibito p. 51.

His exemplis, quorum numerus facile augeri potest, nonnulla verba composita addo, quae vocali antecedente pro verbis simplicibus ponuntur: διελέγχω 25 28. 29 1. 39 11. 56 15. 57 18, contra post consonantem ἐλέγχω — 17 20. 29 18. 35 9. 37 7. 41 16. 57 28. 58 31 — legitur; similiter ἀποδείκνυμι 29 2. 39 2. 39 6 al., δείκνυμι 21 16. 28 1. 29 10 al. Adde διέδειξα — 28 29 — et ἔδειξα — 43 8. 53 11 —, προσομιλέω — 44 16. 48 30 —, ὁμιλέω — 21 8. 20. 25 8 al.

Denique commemoro Eustathium, ne hiatus fiat, ἐκεῖθεν pro ἐκεῖ — 40 13 —, ἔνθεν pro ἔνθα — 40 12 — usurpare.

Etiam in verbis collocandis Eustathium hiatus evitandi studio haud raro ductum esse supra commemoravi (p. 68 sq.).

Eadem de causa verbis vel locutionibus abundanter interpositis circuitum verborum nonnunquam amplificat, ut ex exemplis elucet his: ἐπὶ τούτοις habet post consonantes — 20 2 —, post δ' — 30 27. 34 24. 51 28 —, πρὸς ἐπὶ τούτοις post vocales — 22 5. 35 27. 36 22. al. — Delectatur locutionibus πρὸς ἔπος — 40 5. 50 10. 50 20 — et πρὸς τὴν ἐρώτησιν — 30 9 — post verba dicendi inserendis, qua re hiatum fugit. Verbis numeralibus post vocalem adicit accusativum limitationis τὸν ἀριθμόν 25 27. 40 25. Haud raro — 17 28. 20 6. 28 30. 33 26 al. — verba τὸ παράπαν inserens maiorem vim negationibus attribuit, atque omnibus fere locis vocalium concursum tollit.

Verbis denique hiantibus ex Sacra Scriptura vel Origenis libris depromptis, ne audientium aures offendant, vocabula φησίν — 17 26. 18 12. 19 24. 33 19 al. — vel φάμενος — 34 12. 55 6 — vel φάσκων — 32 5 — abundanter interponit.

Iam inquiram, quibus locis Eustathius hiatum admittat. Primum nonnulla verba hiantia, quae in orationis intermissione exstant, commemoranda sunt: 22 11 „ . . . αὐτῷ.“ ἵνα . . .; 24 3. 4 . . . ἁρμόττει. οὐ . . .; 24 10 . . . εὐδιάφθορα. εἰ δὲ . . .; al. 24 16. 17. 28 27. 28. 28 32. 37 31. 48 22. 50 13. 14. 55 21; post levem interpunctionem hiatus sexies invenitur: 20 26 . . . λόγοι, εἰωθότος . . .; 33 27 . . . σου, οὔτε . . . ; al. 37 15. 38 1. 58 17. 18. 58 18.

Ubi librorum Sacrorum vel Origenis verba citantur, hiatus saepe toleratur, sed nonnunquam tollitur vocabulis interiectis, ut supra demonstravi.

Post articulum et verbum καί crasi qu. d. vocalium concursio nonnullis locis evitatur (cf. p. 9), aliis autem καί et articuli hiatum faciunt: 19 4 καὶ ὁποία; 25 23 καὶ ἀφ'; 32 7 καὶ ἄκοντα; cf. 38 17. 39 11. 42 4. 44 9.

46 20. 47 12 al.; 26 17. 18 *ὁ αὐτός*; 61 10 *τοῦ ὀνόματος* al. Sed in locutionibus *δικαίων ἠδ' ἀδίκων* — 40 12. 50 12 — et *ἐρυθροῖς ἠδ' ἀνθινοῖς* — 59 26 — vocabulum poeticum hiatus evitandi causa pro *καί* poni commemoro. Item *καθάπερ* pro *ὥσπερ* tribus locis — 19 22. 57 12. 62 4 — post *καί* legitur.

Praeterea hiatus haud raro invenitur, qui facile tollitur elisione, quam quidem librarii nonnullis tantum locis servaverunt, sed Eustathius haud dubie ubique diligenter adhibuit: 36 3 *δὲ ὑπό*, 39 19 *δὲ ἔοικεν*, sim. 40 29. 53 6 al., contra *δ' ἐπί* 30 27.; 34 22. 23 *οὔτε εἶπεν οὔτε ἐζήτησεν*, contra 33 20 *οὔτ' ἐν*; 24 24. 25 *εἶτα ὅτι*, 26 8 *εἶτα ἐπί* al., contra 25 16 *εἶθ' οὕτως*; 38 11 *ἀλλὰ ἀσαφές*, contra 23 5 *ἀλλ' ἴσως*, 23 24 *ἀλλ' ὄρθιον*. Alia eiusmodi exempla permulta inveniri possunt.

Hiatus offensionem non habet ante voculam *οὖν* 33 12: *θεασάμενοι οὖν*; 34 13. 52 17. 61 19: *εἰ οὖν*; 23 28. 29 6. 36 17: *τί οὖν*; 27 7: *ἐπεὶ οὖν*; post *ἤ*: 25 1 *ἢ ὄψει*; 27 30 *ἢ αὖ*; post *μή*: 18 28: *μὴ εἰδέναι*; post *ὦ* voculam vocativo praemissam: 20 23 *ὦ Ὠριγένες*; 53 5 *ὦ ἀνοητότατε ἀνδρῶν*; post voculam *πῇ*: 24 6. 7 *μὴ πῇ ἄρα*; sim. 34 20. 21; denique in locutione trita, quae quasi unum verbum efficit: *εὖ οἶδ' ὅτι* 16 14.

Illegitimi, ut videtur, hiatus inveniuntur hi: 19 10 *ὥστε τῇ θείᾳ δοτέον φύσει μόνῃ ἐξ ᾅδου μεταπέμπεσθαι* . . . Articulum *τό* post *μόνῃ* inserendum esse censet Brinkmann [1]). 19 29 *προσθεῖσα αὖθις*, quae vocalium concursio verbo *προσθεῖσα* in *προσθείς* mutato facile tollitur [2]). 20 18 *τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ*; 22 32 *τοῦ πεῖσαι ὡς*; 24 2 *ἐκφαίνεται σημασίᾳ ὡς*; 25 8 *εἶτα λέγεις ὅτι οὐδείς*, de quo hiatu vide h. d. p. 30; 25 30 *μετεώρου οὐρανόθεν* (cf. p. 45); 26 14 *ἐμπολιτεύεσθαι ἐν*; verbum *λέγειν* ante *ἐν* excidisse censet Brinkmann [3]); 28 2 *πλήθει ἕτερον προστιθέναι πλῆθος*, *πλ. προστιθέναι πλῆθος ἕτερον* proponit Brinkmann [4]); 32 8 *τοιαύτην ἔχει ἐξουσίαν*; *τοιαύτην ἔχων ἐξ.* correxit Brinkmann [5]); 45 28 *πάλιν καταβεβηκέναι ἐνθάδε, καὶ δεῦρο βεβηκότα*; *καταβεβηκέναι δεῦρο, καὶ ἐνθάδε* . . . Brinkmann [6]); de verbis *μήπω αὐτά* 52 7 vide h. d. p. 32 adn. 5.

---

[1]) p. 309.
[2]) p. 309.
[3]) p. 310.
[4]) p. 311.
[5]) p. 308.
[6]) Brinkm. p. 308.

V. Biblicorum aliquot locorum *μεταφράσεις* Eustathianae.

Postremo nonnullas Eustathii sententias cum verbis Sacrae Scripturae comparabo, quibus locis inter se compositis optime illustrabuntur, quae de Episcopi Antiocheni dicendi genere diximus.

I Reg. 28 3 *καὶ Σαοὺλ περιεῖλε τοὺς ἐγγαστριμύθους καὶ τοὺς γνώστας ἀπὸ τῆς γῆς.*	17 14 *ὁ Σ. ἐξῇρε πάντας „τοὺς ἐγγαστριμύθους“, ἔφη, καὶ τοὺς οὕτω καλουμένους ὀνόματι „γνώστας“.*
I Reg. 28 4 sq. *καὶ εἶδε Σ. τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἐφοβήθη, καὶ ἐξέστη ἡ καρδία αὐτοῦ σφόδρα· καὶ ἐπηρώτησε Σαοὺλ διὰ κυρίου καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ κύριος ἐν τοῖς ἐνυπνίοις, καὶ ἐν τοῖς δήλοις καὶ ἐν τοῖς προφήταις.*	17 23 *ὁ μέντοιγε σχέτλιος ἔδεισε Σαούλ, αὐτὸ τὸ τῆς παρεμβολῆς ἐπιτείχισμα πεφραγμένον ἰδὼν αὐτοψεί, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν „ἐξέστη“ καταπλαγείς, ... μετὰ δὲ τοῦτο, φησίν, ἠρώτα „διὰ τοῦ κυρίου“, γνῶναι δηλαδὴ τὰ πρακτέα γλιχόμενος· ὁ δὲ „κύριος“ οὐκ ἀπεκρίνατο τὸ παράπαν αὐτῷ διὰ τὰς τῆς ἀδικίας ὑπερβολάς, οὔτε „ἐν ἐνυπνίοις“ οὔτε „ἐν δήλοις“ οὔτε „ἐν τοῖς προφήταις“.*
I Reg. 28 7 sq. *Καὶ συνεκαλύψατο Σαοὺλ καὶ περιεβάλετο ἱμάτια ἕτερα καὶ πορεύετο αὐτὸς καὶ δύο ἄνδρες μετ' αὐτοῦ καὶ ἔρχονται πρὸς τὴν γυναῖκα νυκτός, καὶ εἶπεν αὐτῇ·*	18 7 *ὁ μὲν Σαοὺλ ἀμελλητὶ μετασχηματίσας ἑαυτὸν καὶ τὰ τῆς ἐσθῆτος ἀμείψας ἐνδύματα δρομαῖος ᾤχετο τὴν στρατιὰν ἐκλιπών. ὡς δὲ ἀφίκετο πρὸς αὐτὴν ἅμα δυοῖν ἀνδράσι νύκτωρ, ἀξιώσεις αὐτῇ προσεφέρετο τηνικαῦτα, ...*
I Reg. 28 10 sq. *καὶ ὤμοσεν αὐτῇ Σαοὺλ λέγων· Ζῇ κύριος, εἰ ἀπαντήσεταί σοι ἀδικία ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. καὶ εἶπεν ἡ γυνή·*	18 32 *ἐπειδὴ δὲ πιστωσάμενος ὅρκῳ διεβεβαιώσατο μηδὲν αὐτὴν ὑποστῆναι σκαιόν, αὖθις ἐπιρρωσθεῖσα τῇ κακίᾳ παρρησιωδέστερον ἀποκρίνεται δήπουθεν ἡ γυνή·*
I Reg. 28 14 *καὶ εἶπεν αὐτῇ· Τί ἔγνως; καὶ εἶπεν αὐτῷ·*	19 30 *ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ τελευταῖον ὁ δυνάστης ἤρετο, „τί ἔγνως“; εἰπών, αὐτίκα πάλιν ἀνθυπήνεγκε πρὸς ἔπος·*

III Reg. 22 19 *Εἶδον θεὸν Ἰσραὴλ καθήμενον ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ εἱστήκει περὶ αὐτὸν ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ.*	38 15 *ἑορακέναι μὲν ἔφασκε „τὸν κύριον ἐπὶ θρόνου" „καθήμενον", εἶτα καὶ στρατιὰς ἑστάναι „περὶ αὐτὸν" οὐρανίους „ἐκ" τε „δεξιῶν" ἅμα καὶ „εὐωνύμων".*
Luc. 16 24 *ἐλέησόν με καὶ πέμψον Λάζαρον ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου.*	40 1 *ἐδεῖτο γάρ, ἵν' ἀφικόμενος ὁ Λάζαρος „τὸ" μὲν „ἄκρον" ὕδατι „βάψῃ τοῦ δακτύλου", „καταψύξῃ" δὲ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ, νοτίδος ἐπαφυσάμενος ἰκμάδα·*
Ioann. 11 51 *τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου ἐπροφήτευσεν.*	53 17 *ταῦτα μὲν „οὐκ εἶπεν" „ἀφ' ἑαυτοῦ", καθάπερ ὁ σοφώτατος ἐξέδωκεν Ἰωάννης, „ἀρχιερεὺς" δὲ τυγχάνων „ἐκείνου" τοῦ ἔτους „ἐπροφήτευσεν".*
Ioann. 1 18 *μονογενὴς θεὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός.*	46 8 *πῶς οὐκ ἐννοητέον ὅτι καὶ τῶν οὐρανῶν ἐπιβεβήκει τῶν τοῦ τοκέως κόλπων εἴσω διαιτώμενος* (corr. Brinkm. p. 312).
Act. 16 16 *Ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς τὴν προσευχὴν παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνα ὑπαντῆσαι ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχεν τοῖς κυρίοις αὐτῆς μαντευομένη. αὕτη κατακολουθοῦσα τῷ Παύλῳ καὶ ἡμῖν ἔκραξεν λέγουσα·*	32 19 *„ἐγένετο δὲ" „παιδίσκην ἀπαντῆσαί τινα" φησιν „ἔχουσαν πνεῦμα" πύθωνος, ἥπερ „ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχεν τοῖς κυρίοις αὐτῆς μαντευομένη". τοιγαροῦν „αὕτη" κατακολουθήσασα „τῷ Παύλῳ" καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐβόα γεγωνότως·*
Act. 16 19 *... αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι ...*	33 1 *... „τῇ ὥρᾳ". θεασάμενοι οὖν „οἱ κύριοι" θεραπαινίδος ὡς ἐκποδὼν ᾤχετο „τῆς ἐργασίας αὐτῶν" „ἡ ἐλπίς", „ἐπιλαβόμενοι ...".*

Ex his exemplis haecce facile cognoscuntur: Verbis Sacrae Scripturae particulas Eustathius eleganter inserit: *αὖθις* 18 32; *αὐτίκα πάλιν* 19 30; *δήπουθεν* 18 32; *εἶτα* 38 16; *μέν* 18 15; *μὲν — δέ* 40 23; 53 17. 18; *μέντοιγε* 17 23; *οὖν* 33 2. *οὔτε — οὔτε — οὔτε* 17 23; *τε — ἅμα καί* 38 17; *τοιγαροῦν* 32 21.

Locutionibus latioribus et elegantioribus vulgarem Sacrorum Librorum orationem artificiose expolit atque amplificat: *τοὺς οὕτω καλουμένους*

ὀνόματι γνώστας pro *τοὺς γνώστας* 17 23; *ὁ μέντοιγε σχέτλιος ἔδεισε Σαούλ, αὐτὸ τὸ τῆς παρεμβολῆς ἐπιτείχισμα πεφραγμένον ἰδὼν αὐτοψεί* pro *καὶ εἶδε Σαοὺλ τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἐφοβήθη* 18 7; *νύκτωρ* pro *νυκτός* 18 7; *ὡς ἐκποδὼν ᾤχετο* pro *ἐξῆλθε* 32 2 et al.

Collocatione verborum mutata hiatum nonnunquam tollit: *οὐκ εἶπεν ἀφ' ἑαυτοῦ* pro *ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν* 53 17; *ἐκείνου τοῦ ἔτους* pro *τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου* 53 18.

Appendix

Index verborum.

[1]) Quae asterisco signantur, verba sunt e Libris Sacris vel Origenis Platonisque scriptis deprompta.

Index nominum

Index locorum e codice Monacensi emendatorum

Addo nonnullas lectiones e codice Monacensi a me denuo collato sumptas, quae discrepant a lectionibus editionis Erici Klostermann:

17, 5: *ἢ πυγμαχῶν.*
Mon. fol. 179 v 19: *ἢ παμμαχων.*
Jahn 22, 23: *πυγμαχῶν* (adnotat lectionem codicis).
26, 5: *οὐδὲν ἧττον ἔπραττον οὐδαμῶς.*
Mon. fol. 183 v 26: *οὐδὲν ἧττον ἔπραττον οὐδὲν οὐδαμῶς.*
Jahn 34, 2: ut Mon.
28, 6: *ἐφέσει καθαρᾷ.*
Mon. fol. 184 v 23: *ἀφεσεικαθαρᾷ.*
Jahn 36, 16: *ἐφέσει καθαρᾷ.*
46, 12: *Σολομῶντος.*
Mon. fol. 193 r 2: *Σολομων⁰.*
Jahn 56, 11: *Σολομῶντος.*
46, 20: *θάλαττα.*
Mon. fol. 193 r 9: *θάλατται.*
Jahn 56, 19: *θάλαττα.*
49, 30: *ἐβάστασαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι.*
Mon. fol. 194 v 8: *ἐβάστασαν οὖν πάλιν οἱ Ἰουδαῖοι.*
Jahn 60, 13: *ἐβάστασαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι.*
53, 19: *ἔτους „προὐφήτευσεν“.*
Mon. fol. 196 r 17: *ἔτους „ἐπροφήτευσεν“* (cf. Joann. 11, 51: *ἐνιαυτοῦ ἐκείνου ἐπροφήτευσεν*).
Jahn 64, 15: *ἔτους προὐφήτευσεν.*
61, 14: *κωτίλως ἐπᾴδουσι* (*ἔσθ' ὅτε . . .*).
Mon. fol. 200 r 21: *κωτίλοις ἐπάδουσι λόγοις* (*ἔσθ' ὅτε*).
Jahn 74, 10: ut Mon.

Vita

Nata sum Guilelma Brockmeier in oppido Rhenano, cui nomen est Embrica, anno 1895 die 10. mensis Maii patre Henrico, matre Helena ex gente Schumacher. Fidem profiteor catholicam. Litterarum elementis imbuta per quattuor annos Lyceum Superius Congregationis Sororum St. Ursulae adii. Testimonium maturitatis adepta Graecorum et Romanorum linguis litterisque operam dedi, et testimonium maturitatis gymnasii anno 1922 accepi. Deinde Monasterii, Berolini, Monachii, Bonnae studiis philologicis incubui. Examen rigorosum subii kal. Mart. a. 1929.

Omnibus viris doctis, qui me docuerunt, gratias habeo maximas et sinceras, imprimis Hermanno Schoene, qui et aliis in studiis et in hac commentatione conficienda consilio atque opera benigne me adiuvit.